



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Tractatus I. De Sacramento Baptismi. Sed in principio hujus Tractatus
paucæ prius Resolutiones ad omnia Sacra menta in genere adscribuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)



TRACTATUS PRIMUS DE SACRAMENTO BAPTISMI.

SED IN PRINCIPIO HUIUS TRACTATUS
paucæ prius Resolutiones ad omnia Sacra menta in genere
adscribuntur.

RESOL. I.

*Cum Concilium Tridentinum afferat sciss. 24. c. 17.
Sacramentum tribus perfici materia formâ & intentione Ministris: & cum intentio sit triplex, habitu-
alis, virtutis & actualis; quaritur quenam sit
sufficiens ad validè conficiendum Sacramentum?*
Ex p. 2. tr. 17. & Miscell. 3. Ref. 32.

*lege que
line con-
tra in hac
Acta no. 4.
nudia lego
dictum
j. & h.
punctus 2.
id. 1.*

MNES Doctores afferunt intentionem habitualem non sufficere, sed virtualem requiri, & actualem non esse necessariam; discordant tamen in assignando quenam intentio virtualis sufficiat.

2. Prima sententia est Valentiae, tom. 4. disp. 3. q. 5. punct. 3. vers. *Intentione autem implicita, & Henr. in sun. lib. 1. c. 10. n. 2. ubi ait, Intentio virtualis dicenda etiam est illa, quæ quamvis non videatur fluxisse ex efficaci vi, vel motivo prima intentionis, aut quia licet nunquam habuit intentionem sic explicitam; Volo facere quod Ecclesia Romana intendit, & quod Christus instituit: habuit tamen consulam, ut si quis Ordines sacros suscipiat, ut fiat Sacerdos, & Minister Ecclesie, & absque alia forma intentionis, (si numquam habuit contraria) consuevit celebrare, & ministrare sacramenta, etiam cum distractione mentis, hic enim conficit Eucharistiam, & alia sacramenta. Hæc Henriquez.*

3. Secunda sententia, est communiter omnium aliorum DD. qui afferunt, intentionem virtualem necessariam ad sacramentum illam esse, qua actu transivit, & virtute manavit ex impressione in imaginativa relicta ex primo proposito, quo quis humane modo ad agendum se applicuit; qua excitat potentia motiva, ut actus initio propositos (qui primum actum immediate sequuntur, aut cum eo saltem mediate connexi sunt) perficiat, hominem interim alia omnia cogitante, donec actu aliquo contrario interturbetur. Ut, v. g. incipit quis sacram intendens celebrare, & postea totum sacram omnino distractus ordine suo perficit, hic habet inten-

tionem virtualem; nam in illa Missa omnes illæ actions, à prima illa intentione verè secundum modum agendi humanum procedunt ratione imaginatio nis, quam prima illa voluntas applicavit; sic Coninch. de Sacr. q. 6. art. 8. dnb. 2. n. 71. Cabrera de Sacr. q. 6. art. 8. disp. 1. §. 5. n. 41. Valq. in 3. p. tom. 2. disp. 1. 138. cap. 6. Pesantius in 3. part. q. 6. art. 8. disp. 2. Molfeli in sum. 10. 1. 17. 3. c. 4. n. 11. Nugius in 3. p. tom. 1. q. 6. art. 8. Bonac. de Sacram. disp. 1. q. 3. punct. 2. §. 3. n. 11. Suar. in 3. p. tom. 3. disp. 13. scđl. 3. Camerota de Sacram. 17. 1. c. 2. q. 7. Summa Corona p. 4. cap. 4. n. 56. Antonius de Literatis in sum. part. 1. c. 23. n. 15. Fernand. in suo exam. Theol. p. 3. c. 1. §. 4. n. 6. & alij.

4. Tertia opinio est Valerij Reginaldi in praxi, tom. 2. lib. 26. c. 3. n. 38. qui posuit dupliment intentionem virtualem sufficientem ad conficiendum sacramentum, uno modo, ut explicatum est in secunda opinione; altero modo, at ille, intentio virtualis dicitur, quæ ex natura sua, vel ex Ecclesiæ institutione comprehenditur sub altera intentione, cum qua sic conjuncta est, ut ea praefente, censeatur ipsa quoque adesse. Illa scilicet ratione, qua votum castitatis ita comprehenditur sub diaconatu, ut eo ipso, quod quis vult ad hunc promoveri, censeatur velle consentire in votum perpetua castitatis servanda. Sic igitur eo ipso, quod sacerdos vult secundum sacerdotum consuetudinem induere vestes sacerdotales, habet virtualem intentionem celebrandi Missam. Quia enim induere vestes sacerdotales, medium est ab Ecclesia institutum ad Missæ celebrationem, fit, ut in tali actione induendi, comprehendatur virtualiter actio celebrandi, & in intentione induendi intentio celebrandi, donec adhibetur actus contrarius, per quem hæc tollatur. Atque hujusmodi quoque intentionem virtualem ad sacramentum sufficere dicendum est, alioquin secundum erit multis sacerdotes non consecrare, nec alia sacramenta conficerare. Ita Reginaldus. Quid sentiam, dicam breviter. Prima opinio Henriquez videtur mihi nimis laxa; secunda opinio est probabilior; tertia Reginaldi est probabilis, quam quidem si amplectantur sacerdotes, ex multis scrupulis, quibus angusti solent, liberi immunesque erunt. Salva semper, &c.

A RESOL.

Tom. I.

INTON.
OPC. II
Tom. I. p. III
E III

Tractatus Primus

RESOL. II.

An ad valorem Sacramenti sufficiat tantum, integra & legitima verba proferre super legitimam materiam, prout jubet Ecclesia, vel sit necessaria intentio Ministri faciendi Sacramentum? Ex p. 10. tr. 11. & Misc. 1. Ref. 57.

* Super doctrina contenta in hac Resol. in vñ respondet Catharin. in opus. de intentione Ministri. Sylvest. verb. Baptismus 39. q. 11. qui verbi S. Thomae malè intellectis decepti, docent ad valorem Sacramenti sufficere intentionem ipsius externæ actionis; quod etiam indicat Adrian. in 4. de Baptism. q. 3. art. 3. eandemque opinionem ex parte censuit probabilem Paledan. in 4. dif. 6. q. 2. art. 5. Et hanc sententiam fuse explicat, & defendit Alphonsus Salmeronius, tom. 13. in Epist. Pauli, lib. 1. part. 3. dif. 2. fol. 186. ubi sic ait: Superest unus resolvendus serupulus de intentione Ministri in conferendo Sacramento; quia si illa desit, Sacramentum non perficitur, cum de Sacramenti ipsius substantia constitutatur ab omnibus. Si ergo Minister aut baptizare, aut hostiam consecrare, aut Sacerdotem promovere non intenderet; nullus erit Baptismus, nulla erit hostia adoranda, & nullum ordinationis Sacramentum. Rursus, an Episcopus ille initiator, & ordinator Sacerdotum ritè sit, & legitime ad Episcopatum assumptus: & rursus an Episcopus qui illum promovit, ritu Catholicò, & legitimo ad Episcopatum promoverit, dubium erit; atque hac ratione in infinitum posset procedi; & omnia essent in dubium revocanda; & Academici omnes, & nutantes redderemur. Sed hic in primis advertendum, duplicum ponit intentionem Ministri conferentis Sacramentum, alteram quidem publicam, & Ecclesiae ipsius, cuius ministerio perfungitur, quicumque ille sit, qui Sacramentum dispensat. Hac autem intentio latissimè exprimitur in ipsis Sacramentorum formis: Ut, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: Ego te absolvō a peccatis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Et *Hoc est corpus meum, &c.* Intendit enim Ecclesia Catholica, sicut & Christus Sacramentorum Autor, per ejusmodi verba baptizare, absolvire, & panem in Christi corpus convertere. Hac autem intentio inseparabilis est ab ipsis verbis, si integrè, ut debent proferantur; & ideo Ministri solliciti esse debent, ut formam ipsam integrè pronuncient, nec illam aliquo verbo contrario vitient, quod si perficiant Sacramentum, & Sacramenti effectum dignè accidentibus conferant. Altera vero intentio privata est, & particularis ipsius Ministri, qui aut nihil credit eorum, quæ facit, aut derisorie facit, aut contraria habet intentionem non conferendi Sacramenta, aut ejus effectus, etiam si Sacramentum in forma Ecclesiae consueta administret. Hac intentio privata, et si necessaria sit, ne Minister peccet, ut conformetur intentioni Ecclesiae: tamen tam fortis, aut efficax non est, ut vitiare Sacramentum possit, si alias velit facere quod facit Ecclesia; quod sic multis rationibus ostendo. Primo, quia, cum Sacramentum sit externum, & sensibile signum ad significandum hominem à Deo institutum; privata verò illa intentio Ministri, in ejus corde delitescat, & insensibilis, intimaque sit; non potest esse pars essentialis rei sensibilis, qualis est Sacramentum: quemadmodum etiam fides non est pars Sacramenti, ut Lutherani docent; quia sub sensu non cadit. Ut ergo fides, & intentio requiruntur in suscipiente, ut fructum Sacramenti percipiat; ita fides, & intentio in Ministro necessaria est, ut rectè, & utiliter, quod ad se attinet, Sacramentum dispenset.

2. Secundò: cum privata Ministri intentio non possit à nobis certa evidenter cognosci, ut potè occulta, & in corde Ministri latens; in Sacramento suscipiendo voluisset nos Deus perpetuo scrupulo agitari, & rei ad salutem spectantis dubitatione torqueri, si verum Sacramentum certa fide nos suscepisse, nunquam posset cognosci: quod sanè & scripturis & Patribus contrarium esse videtur; quia nos firma fide ad Sacramenta suscipienda adhortantur. Nisi dicamus Spiritum sanctorum sibi ipsi contradicere, & aliud nos per scripturas, & Patres, & Predicatorum verbi Dei docuisse, nempe fide certa, & indubitate accedendum esse ad Sacramentum suscipendum; aliud verò per ipsam Sacramentorum constitutionem intendit, nempe ut propter ignotam, nobisque absconditam Ministrorum intentionem perpetua dubitatione angemur: quod certè fallum est, & Spiritus sancti bonitatem centrarium.

3. Tertiò: quia si per illam voluntatem privatam Ministri perficerent Sacramentum, certè salus hominis, remissio peccatorum, Spiritus sancti gratia, & vis sanguinis Christi ex hominum arbitrio penderent, & plus possent homines nocere, quam Christus juvare. Paulus etiam non rectè cùm de Ministris, verbi, & Sacramenti ageret, dixisset: *Ego plantavi, Apollo rigavī; sed vēus incrementum dedit.* Itaque, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat, Deus. Dicendum enim fuisse: Sed qui incrementum dat, Minister, vel Dei ministri intentio.

4. Quartò: Ecclesia, qui posset tam confidenter, & certè gratiam Christi, & salutem promittere cœnienti, & Catechumenis, si per Ministros aliter intendentis posset promissa salus, & gratia impediri: Qui posset etiam Paulus tam certè asseverare: Sed abulti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis: Posset enim iure dubitari, an Sacramentum fuerit perfectum; & ejus fructus per Ministrorum malitiam, & fraudem impeditus.

5. Quintò: Pleberentur plerumque innocentes propter aliorum malitiam, quod longè remouunt est à Divina bonitate, & sapientia; cùm scriptum sit: *Filius non portabit iniuriam Patris, & Pater non portabit iniuriam Filii: iustitia Justi super eum erit, & iniurias impij erit super eum.* Et David: *Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia; beatus homo qui sperat in te.* Et Abraham dixit Domino Sodomam punire volenti: *Absit à te ut rem hanc facias, & occidas iustum cum impiis, si atque iustus sicut impius, non est hoc tuum, qui judicas omnem terram: nequam facies judicium hoc.* Abimelech quoque Rex Gerarum, qui uxorem Abraham præcipuerat, in somno a Domino orare instructus ait: *Domine, num gentem ignorantem, & justam interficies?* Dixitque ad eum Deus: *& ego scio quod simplici corde feceris; & idcirco custodiri te ne peccares in me, & non dimisi, ut tangeres eam.* Quicquid ergo sit de Ministris peruersam intentionem de suo adhibentibus, si quis agat innocentem, & in Domino Sacramentorum Institutore speret; gratia Dei per Sacramentum danda defraudari nequit. De fide ergo est tenendum, nullum simplicem, & innocentem propter corruptam Ministri intentionem fructum Sacramen-

De Sacramento Baptismi. Resol. II.

3

Sacramentorum privari. Unde egregiè Beatus Chrysostomus scribit: Sacerdos, & lingua, & manus præbet: nec enim iustum est propter aliis malitiam ad salutem nostram accedentes offendit. Sic ille, loquens de pravis Sacerdotibus.

6. Sexto: idem probari potest, quia si Sacramentorum perfœctio non est sine privata Ministri intentione, de qua merito dubitare possum: ergo liberum erit de omnibus, qui baptizantur, vel absolvuntur, vel qui Eucharistiam Sanctam adorant, & percipiunt, dubitare, an sint verè baptizati, & an verae absoluti, & an ritè consecratam Hostiam, & debito adorationis cultu venerentur, & ad salvatores recipiant; & an veri sint Ministri Ecclesie, hoc est Diaconi, Presbyteri, & Episcopi: atque ita de tota Ecclesiastica hierarchia, atque adeò de tota Christi Ecclesia dubitare cogemur. Cum enim fide sentire debeamus, Ecclesiam veram Christi esse hanc, quæ Romano Ponifici subest, si polteà de nullo Sacramento possit constare, an sit in ea legitimè administratum, nec de Administris, an sint ritice, & canonice iniciati: ipsam Romanam Ecclesiam in dubium revocamus; que sine veris Sacramentis, & legitimis Ministris non potest magis constare, quam domus sine lapidibus fundamentibus, aut trabibus, qua totum edificium colligent, & sustineant; aut quam Regnum sine Magistris, bus, & Consiliariis. Per hanc ergo doctrinam redetur nobis Ecclesia invisibilis, imaginaria, & mathematica; & misera Christiani populi conditio: quia Christianus propter defectum intentionis Ministri, nunquam certus esse posset de Baptismo, abolutione, & ordinatione; sed opinione tantum humana hac apprehenderet, quæ divina sunt, & supra rationem posita.

7. Septimo: Permulti, tum Episcopi, tum Sacerdotes in Ecclesia extiterunt, quorum sanctitas, & doctrina, & eorum à Deo missio, signis; & miraculis comprobata est. Cum ergo isti sacramenta admisissent, fide constanter, & plusquam humanas adiubuisse; ac proinde non posse sufficiencia sacramenta de Ministrorum voluntate dubitare. Imò, quod maius est, non debebant Apostoli onere baptizandi seipso exiere: ut Petrus & Paulus, & in alios transferre, si tantum referret intentione: nam in dubio poherent eorum salutem, quæ de baptizatis a seipso omnino certa erat, etiam ipsis renatis. Siquidem ex signis, quæ eudebat, colligere poterant, eos esse idoneos Christi Ministros: ac per hoc rectam intentionem habuisse in baptizando, credere arcebantur: quemadmodum qui Baptismum suscepientibz à Christo Domino, idem crederent, & se etiam esse gratiam consecutos; qui Christus factus non erat in ministrandis sacramentis. Consultissimum quoque esset, non nisi magna diligentia perquirere Ministros sanctissimos, & innocentissimos, a quibus susciperemus Sacra menta, ne per malitiam iniquorum Ministrorum fraudaremur aut Sacramento, aut ejus fructu; quod esset dogma proximum illi Donatistarum, contra quos frequenter disputat Augustinus, docens, per malos Ministros confetri nobis vera, & salutaria Sacramento; & eorum privata malitia nihil nobis gratia detrahi.

8. Octavo, si ad efficiem sacramenti facit Minister intentio; quomodo aut Hæreticus, aut Judeus, aut Paganus validum, & verum Baptismi sacramentum ministrare possint? Nam illorum multi aut Baptismum, aut ejus effectum perneggant, sùm tamen doctrina Patrum, & Generalium Con-

ciliorum veritatem Baptismi collati ab Hæreticis in forma Ecclesie conlecta stabilitant; & Donatisti aliter opinantes damnentur. Non ergo requiriatur alia intentio, sicut nec alia fides, quæ intentionem dirigit, præter illam Ecclesie, quæ factò ipso, & verbis forma pronunciatis continetur: Mirum est autem, olim Ecclesiam in controvèrsia Novatianorum, & Donatistarum, afferentium, Baptismum ab Hæreticis collatum nullum esse, de debita intentione Ministri nihil disputasse, an scilicet adfuerit, vel absuerit? sciebat enim, non esse necessariam; & Ecclesiam Catholicam id unum diligenter curasse; ut forma observari solita exactè servaretur. Hinc Pontifices Romani interrogati, an Baptizati, à Paganis, vel Judeis essent rebaptizandis responderunt: Si servata esset forma, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; non esse repetendum Baptismum; nihil de Ministrorum voluntate, aut mente dubitantes. Quare Nicolaus Primus Papa ad consulta Bulgarorum rescriptit: A quodam Judæo, nescitis, utrum Christiano, aut Paganum, multos in Patria vestra Baptizatos afferitis, & quid inde sit agendum, consulitis: Hi profectò si in nomine sanctæ Trinitatis, vel tantum in nomine Christi, sicut & in actibus Apostolorum legitur, baptizati sunt, quia non illorum, sed ejus est, rebaptizari non debent. Hæc ille, nihil de intentione Ministri dubitanus: sciebat enim formam rectè pronuntiatam a Ministro satis esse. Nam aliqui commodum esset nobis, & fructuofum Baptismum repetrere, ut suppleretur per posteriorem, quod priori non eramus consecuti: vel saltē danda esset opera, ut in illa forma repeteretur collatus Baptismus, quam instituit Alexander III. servandam, quandò prius receptus Baptismus esset incertus, aut dubius. Si enim ille statui: De quibus autem dubium est, an baptizati fuerint, baptizen tur his verbis premissis: Si baptizatus es, ego non te baptizo: si nondum baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Non enim videtur iteratum, quod nescitur esse factum. Hæc ille. Cum autem non minus possit nobis constare de secundo hoc Baptismo, quam de priori; esset tertius, & quartus & quintus Baptismus repetendus, & ita in infinitum quod certe aliud non esset, quam anabaptismi introducere, multò deteriorem, quam quem Novatores nostra aetate invexerunt: nisi fistamus in hoc, quod potest nobis satis constare, ad Baptismum, & ejus fructum percipientium satis esse formam Ecclesie perfecte, & integrè pronunciatam. Et quod dico de Baptismo, idem esset de sacramento Penitentiae, & aliis sacramentis, maximè de aliis, quæ iterari non possunt, profus censendum. Nam ellentia sacramenti materia, & forma, sicut quævis alia res naturalis, confitnam Minister, & ejus intentio, & sufficiens sacramentum dispositio, extra essentiam ejus sunt. Administrans igitur materiam, & formam, sacramentum perficit, modò exterius non protegetur sensu illud administrare; vel aliquid addat, quod viciet formam. Habet enim intentionem, quæ sufficit, id est applicandi illud sacramentum ad sufficiemt; quia hoc non aliundè, sed ex proposito, & intentione operatur. Et licet in corde suo putet, non esse sacramentum, vel animo intendat nullum sacramentum conferre, mentitur; quia factò ipso testatur, se dare rem, quæ est sacramentum, quævis intus alteri cogitet, vel joco, & non serio se conferre voluisse afferat. Nam qui grandem alapam in faciem alterius impinget, & ore protestaretur se nolle ei aliquam injuriam inferre; procul dubio

Tom. I.

A i n s t i t u t a

Tractatus Primus

mentiretur, & plus factò esset standum, quām verbo, quia ut Jurisperiti loquuntur, esset protestatio contra factū. Si etiam Notarius conficeret instrumentum cum omnibus requisitis conditionibus & circumstantiis; corde tamen suo derisorie intenderet tale instrumentum perficere: revera tamen validum esset instrumentum, nisi intentionem suam aliquo expresso verbo vitiatet, quod in instrumento apponetur. Ita qui conficit Sacramentum, & administrat materiam, & formam adhibet: et si posse afferat, se nihil conferte voluntate, aut derisorie egisse; non esset audiendus. Et ita recte Alexander Patriarcha Alexandrinus, communicato prius consilio cum Episcopis, definiunt, Athanasiū, qui in pueritia alios pueros colludentes secum in littore maris baptizaverat, agens ipse Episcopi personam; verē baptizasse, & verē fuisse baptizatos pueros, & nulla ratione baptizandos: quod intellecterit, verba proferri in baptismō confusa, recte ab eo fuisse pronunciata, Lege decimum librum Ecclesiastice Historie a Ruffino additum, & Niciphororum Callistum lib. 8. cap. 44.

9. Nond; argumentum lumi potest ab intentione suscipiens Sacramentum. Nam eti qui accedit factō animo, aut hæretico ad Sacramentum, non credens illum Sacramenti effectū: si tamen se sponte subdat Ecclesiae consuetudini, & pueri morte Ecclesiae baptizari, ut fecit Simon Magus, & pueri illi colludentes juxta mare ab Athanasiō baptizati; illi quidem recipiū Sacramentum, id est charaterem, licet non gratiam: nec fatis est dicere, ego non intendebam Sacramentum recipere, aut characterem; cùm non crederem, sed derisorie id facerem; nam respondebitur ei: Cur ergo paſſus es in te fieri quod consuevit facere Ecclesia cum omnibus, ex quibus provenit ille effectus, & quem prædicant eventurum, quovis animo ad hoc Sacramentum accedant; Itaque non reiteratur in his Sacramentum etiam suam fictionem confitentibus; sed recedente fictione, & accedente fide, collatus Baptismus jam suum gratia effectum in eis operatur. Ita similiter de verē, & cum fide ad Baptismum accedente; & a Ministro, vel non credente, vel derisorie operante, verus conferrur Baptismus, & ejus effectus, etiamsi gravissime peccet in ejus ministerio; ubi tantum, & non alteri nocet. Hucque Salmeronius; cuius sententiam novissimè sequutus est Hieronymus Columbus, de Hierarchia Angelica, & Humana, lib. 4. cap. 20. Sed id quod nimiam admiracionem facit, est considerare, Catharinum, ex Ordine Prædicatorum, & Salmeronium ex Societate Iesu interfusile tanquam Theologos in Concilio Tridentino.

10. Verū cōrūm opinionem prorsus rejiciendam esse puto. Unde Eminentissimus Dominus meus Cardinalis Lugo, de Sacram. tom. 1. disp. 8. sect. 2. n. 15. sic afferat: Ego quidem fateor hanc sententiam cuiuscunq; sit non ita aperte comprehensam esse definitionibus Conciliorum adductis; sicut comprehenditur Lutheri, & aliorum Hæreticorum error. Nam hæretici nullam profus intentionem exigebant faciē quod facit Ecclesia; sed dicebant, validum esse Sacramentum, quantumvis Minister affirmaret, se non serio, sed iocose, & irrisoriē operari. Hi autem Auctores exigunt, non solum intentionem faciē illum actum extēnum, & proferendi illa verba, (qua intentione neque etiam ab Hæreticis excludi poterat) sed etiam intentionem faciē illum actum, & proferendi illa verba eo modo, quo ab Ecclesia fieri, & proferri solent; hoc

est, cum tali modo externo, ostendente rem seriō agi, & non jocandi gratia. Quia intentione posita, dicunt, licet interius habeat intentionem illudendi, & non conficiendi verum Sacramentum; eam intentionem mente conceptam, & exterius non proditum non vitiare, aut obesse quidquam valori Sacramenti: jam enim habetus intentione faciē quod facit Ecclesia. Ceterū, licet nec sententia differat ab errore Hæreticorum; adhuc tamen ex Mōnitione Conciliorum, & ex fundamentis, quibus contra Hæreticorum Dogma istud definitum est, ita clare colligi potest falsitas etiam hujus alterius sententie, ut meritō censeatur ab errore damnato non multum distare, & idē meritisimē ab omnibus Theologis rejecta sit. Ita Lugo, qui posse responder ad argumenta Scribonij, & Salmeronij, quem tamen non citat: Ad illum, qui docte totam materiam pertractat; cui addit Tannerum, tom. 4. disp. 3. qnaest. 4. dub. 1. man. 21. Dicatillum de Sacram. tom. 1. trāct. 1. disp. 3. dub. 5. Serram in 3. part. qnaest. 46. art. 6. Franciscum Lugo de Sacram. in genere, cap. 2. qnaest. 9. num. 72. Ochagaviam, de Sacram. in genere, qnaest. 22. num. 5. Suarez in 3. part. tom. 2. disp. 1. 3. sect. 2. Valquez, disp. 1. 3. 8. cap. 3. num. 2. 8. Granadum, trāct. 3. disp. 4. sect. 1. Hurtadum, disp. 4. difficult. 4. & alios.

11. Dicendum est itaque, ad valorem Sacramentorum non sufficere intentionem proferendi legitimam formam suprà legitimam materiam, prout Ecclesia jubet: sed necessario requiri etiam intentionem faciēdi Sacramentum, vel id, quod ea externa actione, & cæmonia intēdit Ecclesia, aut instituit Christus. Nam intentione ad Sacramenti valorem necessaria referri debet, non solum ad ipsam per se externam actionem Sacramentalē: v. g. ablutionem, unctionem; sed etiam aliquo modo formaliter ad ipsum Sacramentum, & consequenter etiam aliquo modo ad effectum Sacramenti: ita nimur, ut Minister aliquo modo intendat, non solum prolatis forma verbis abluerere, ungere: sed etiam abluerendo, ungendo, verbaque legitima proferendo, Sacramentum confidere: adeoque facere quod facit Ecclesia: seu quod fecit, seu fieri voluit Christus, non solum materialiter, sed etiam aliquo modo formaliter, ac sub eadem ratione: hoc ipso enim Minister intendit mediātē, tanquam in sua videlicet causa, effectum Sacramenti.

RESOL. III.

An perversa intentione Ministri in conferendo Baptismo, & aliis Sacramentis, supplicatur à Deo quoad gratiam?

Et quid quoad characterem? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 17.

§. 1. **N**egativē respondeo cum Homobono de Bonis in exam. Eccl. part. 1. tr. 4. c. 2. q. 10. Naldo in sum. ver. Sacr. n. 10. Henriquez lib. 1. c. 10. n. 3. Filliatio tom. 1. tr. 1. c. 5. n. 80. Sylvio in 3. part. q. 68. art. 2. ad 4. arg. Fernandez de Heredia in disp. mixtis de Sacr. in genere, part. 9. dub. unico, num. 17. Suarez, & alii communiter. Et ratio est, quia quod Deus supplet effectum Ministri, in tali casu, non fundatur illa lege promissione, aut necessaria ratione, & intentionem Ministri necessario requiri est de fide. Ergo, &c.

2. Et ita hanc sententiam veram existimat Cabreta de Sacr. q. 6. 4. art. 8. disp. 1. §. 6. n. 6. & 66. ut contrariam tanquam erroneam, & temerariam refellat.

3. Non reticeam tamen affirmativam sententiam quam

De Sacram. Baptismi. Resol. IV. V. & VI. 5

quamplures docere, & ideo Bartholomaeus ab Angelis Dominicanus in exam. conf. de Sacr. in commun. dial. I. §. 31. sic afferit. Ubi Minister ex malitia in Baptismo, vel Poenitentia, vel alio Sacramento falseret, non habendo intentionem faciendo, quod Ecclesia facit, sed tantum irriteret hominem, & hac sua malitia non efficit nota? Deus (qui facienti quod in se est, non deficit in necessariis, nec alligavit virtutem suam Sacramentis (sua infinita bonitate suppleret, non quoad characterem, sed quoad gratiam. Ita ille, qui citat D. Thomam in 4. disp. 24. q. 1. art. 2. quest. 3. & Viguerium, & ex eadem Dominicanorum familia, hoc etiam docet Sylvester ver. Baptism. 6. n. 3. & novissime Zanardus in direct. confess. part. de Sacram. Bapt. c. 4. in fine. Idem à fortiori docent Angelus ver. Bapt. 7. n. 12. & Alensis, Durandus, & Gabriel apud Filliucum ubi supra.

4. Et tandem hanc opinionem etiam ex Societate Jesu Theologis Pater Valentia tom. 4. disp. 3. q. 5. punt. 3. ubi ita ait. Probabiliter arbitrantur Theologici, Deum in infantibus supplerere defecatum Ministri; quando hic malitiosè lubrabit intentionem, & in adultis eundem defecatum Ministri suppleri per devotionem, & fidem ipsius sufficiuntis, Deo etiam peculiariter ad id cooperante, si quid forte in devotione defit. Quamquam illud de infantibus non secundum legem ordinariam, sed secundum privilegium quoddam accipi debet. Sic Valentia, sed tu ne recedas à nostra sententia.

RESOL. IV.

An in verbis forma Sacramentorum detur parvitas materia?

Et an hoc intelligendum non sit in verbis essentialibus, & mutantibus sensum?

Et an si quis in forma Sacramenti Eucharistia reliquerit particulam enim, & in forma Baptismi, & Poenitentiae particulam ego, incurva culpan mortalem?

Et quid, si ad finem verborum consecrationis quis non proferat m., valde distinet, & illud t?

Et quid dicendum, si verba essentialia forme Sacramenti mutentur in alia, idem tamen significatum tenentia?

Et an peccat mortaliter, qui ex industria corruptè profert, aut mutat verba forma? Ex p. 5. tr. 5. Ref. 39.

alibi in tom. §. 1. R espondeo negativè eum Alfonso de Leone de off. Conf. p. 1. recollect. 7. n. 40. & alibi, quod est intelligendum de verbis essentialibus, & mutantibus sensum, & ideo ego alibi notavi quod si quis in forma sacramenti Eucharistie relinqueret particulam entm, non incuraret culpan mortalem, & ita etiam docet Hurtado de Sacr. in gener. disp. 1. diff. 1. 4. & idem dicendum esse puto, si in forma sacramenti Poenitentiae & Baptismi omittatur particula * Eggi.

2. Notandum est etiam hic quod si verba essentialia formas sacramentorum mutentur in alia, idem tamen significatum tenentia, ex genere suo non efficit peccatum veniale, scilicet scandalum. Ita Sotus in 4. disp. 14. q. 1. art. 3. Oehagavia 17. i. de Sacr. Poenit. 9. 6. n. 6. Valentia tom. 4. disp. 7. punt. 3. & alii.

3. Sed non desinam hic apponere verba Sylvij in 3. part. q. 6. o. art. 8. dub. 3. concil. 2. ubi sic ait. Qui ex industria corruptè profert, aut mutat verba forma, peccat mortaliter, si corruptio, vel mutatio sit notabilis, etiam si solum accidentialis, venialiter si parvula ad ea, vel non scienter facta, modo tamen absit contemptus etiam interpretativus; parvitas enim materialiter communiter excusat à mortali. Ita ille. Unde ex

Tom. I.

his obiter notetur quād ridiculus fit scrupulus eorum, qui si ad finem verborum consecrationis non proferunt m., valde distinet, & illud t, quod in verbo est reperitur, putarent se non consecratis, cum haec mutatione nullius ferè momenti sit, ut recte notat Granadus de Sacr. in 3. part. contr. 3. tr. 1. disp. 5. n. 3.

in §. ult. Ref.
anno. pre-
terit. & in
aliis vers.
ejus ult. an-
not.

RESOL. V.

An in conjunctione materie, & forme Sacramentorum detur parvitas materia? Ex p. 5. tr. 5. Ref. 40.

§. 1. V idetur negativè respondendum ex sententia Doctorum, qui requirunt similitatem temporis inter aliquam saltem partem forme, & aliquam partem materie, ita ut non prius perficiatur forma, quād existat aliquid materiae, nec prius existat integræ materia, quād incipiunt verba proferri. Ita Scotus in 4. disp. 6. q. 1. §. Dico ergo, Gabriel q. 1. art. 2. concil. 8. Richard. disp. 3. art. 4. q. 2. licet non omnino clare. Basol. disp. 15. q. 1. art. 2. in fine. Perez 3. part. q. 6. 6. art. 8. n. 3. Navarrus in sum. c. 2. 2. n. 8. & Sylvester ver. Bapt. 5. §. Secundò, licet de Baptismo in speciali loquuntur. Eandem doctrinam magis ex professo defendit Cajetanus tom. 1. opus. tr. 26. non solum in Baptismo, sed potissimum in sacramento Ordinis, ratione probatur, quia inter materiam & formam Sacramenti requiritur ea conjunctione, quæ necessaria est ad veritatem verborum; sed ad veritatem verborum necessarium est ea saltem quod ali quam partem proferri, cum applicatu materia, ergo ad Sacramentum requiritur aliquam partem materiae esse simili cū aliqua parte forme.

2. Sed ego puto non requiri ad veritatem Sacramenti coexistentiam materiae, & formæ, sed sufficiebit moralè conjunctionem. Ita ex Soto, Victoria, Henriquez, Suarez & aliis, docet Granadus de Sacr. in 3. part. contr. 3. tr. 1. disp. 4. n. 4. quia Sacramentum est morale quoddam complicitum, ex re sensibili, & verbis, quæ illam determinant ad significandam gratiam; ergo ad ejus constitutionem & veritatem sufficit moralis conjunctione, & moralis modus reddendi vera verba, quibus præcipitur ipsum Sacramentum: ad moralē autem conjunctionem satius est si verba non ita distent à re sensibili, ut non censeatur ad illam pertinere, seu illam actuarē & determinare ad significacionem rei sacræ, quod quidem optimè intelligi potest, si verba parum distent à materia, licet non simul coexistant. Sed circa praesentem questionem ne deseras etiam videre me ipsum in 3. part. tr. 3. resol. 6.

Sup. hoc le-
ge doctrinā
Ref. not. seq.
& in tom. 2.
tr. 5. Ref. 16.
& recitan-
ter in tom. 7.
tr. 2. ex Ref.
unica §. Nec
valet. & §.
Respondeo
non sicc., &
in tom. 4. tr.
8. Ref. 36.

RESOL. VI.

An in forme Sacramentorum interruptione detur parvitas materia? Ex p. 5. tr. 5. Ref. 41.

§. 1. R espondeo affirmativè cum Gamachæ in summa Theolog. in 3. part. D. Thom. quest. 60. cap. 4. ubi docet quod circa verborum interruptionem & interpolationem, si Minister prolatiss aliquot verbis moram faciat, deinde addat reliqua, tunc standum arbitrio viri probi ac prudentis; ita ut si disjunctio & mora fuerit diuturnior, nec ordinarie moraliter videatur esse tina oratio, sed dura orationes, aut percutit verborum sensus nullum omnino fit Sacramentum: si distinctione & mora fuerit brevior, ut non impedit orationis sensum, & unitatem, Sacramentum est contrarium verum censeatur, quia est solum mu-

Quæ hic est
infra Ref.
62. & lege
etiam aliam
Ref. ejus
not.

A. tati

tatio accidentalis, accidens verò non tollit rei essentiam, sed potest adesse & abesse sine ejus interitu.

2. Sed gratum erit lectoribus, ut reor, audire circa præsentem questionem Nugnum, tom. i. in 3, part. q. 6o. art. 8. ubi sic ait. Quarta mutatio est per interpolationem, sive disjunctionem verborum, ut si quis dicat. Ego te baptizo, & ibi sifat, vel etiam admisceat alia verba, & postea subdat; In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & tunc si sit parva morula, ita ut secundum regulas physicas, & dialecticas sit una propositio, erit verum Sacramentum; si verò si tanta disjunctione verborum, ut secundum easdem regulas non judicetur una, & eadem propositio, non erit Sacramentum, & hoc intendit D. Th. in art. 8. solutione ad 3. in illis verbis: Si intercipiatur intentio proferentis, sensus enim est, si sit tanta distantia, quod debet intercipi sensus proferentis secundum regulas dialecticas & philosophicas, propterea quod est tanta discontinuatio, ut oratio non possit esse una secundum propriam suam unitatem. Ubi advertendum est multò facilius fieri istam discontinuationem per admixtioneum aliorum verborum, quam quando sit tantum sifendo in medio. Quoniam qui alia verba admisces, intendit ad aliam orationem, & sic per se loquendo, omittit presentem, atque adeò videtur quod non possit illam continuare. Item facilius discontinuat oratio, quando sit interruptio inter syllabas ejusdem termini, quam si sit inter terminum, & terminum: si quis dicat. Ego te bap & infisat, vel admisceat alia verba, & postea subdat tizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, tunc enim licet non sit magna distantia, sed mediocris, non conficitur Sacramentum. Ita Nigrius. Et tandem hanc sententiam tenet etiam Marchantius de Sacr. in qq. regul. tract. 1. c. 2. q. 2. cas. 3. sol. mibi 556 ubi ita afferit. Quid dicendum, si quis interrupat, verba forma, e.g. Sacerdos baptizans dum dixit, Ego te baptizo, dicit pueri tumultuantibus, Recedite inde, & nolite ibi garris, postea addit, in nomine Patris, &c. aut forte dum baptizando dixit, Ego te baptizo, retrahente se puer dicit, Admovete propius puerum fonti, & postea addit, in nomine Patris, &c. Respondetur, licet in his irreverentibus intervenire possit alienis verbis interpolando verba forma, tamen valere Sacramentum, quia moraliter judicatur ex antecedentibus & subsequentibus verbis una fieri oratio, si autem notabilis sit mora, idem non judicatur, & idem nullum foret Sacramentum. e.g. si quis nunc dicat, Ego te baptizo, & post quadrantem horae adiiciat, in nomine Patris, &c.

RESOL. VII.

An qui est in peccato mortali teneatur providere aliena saluti cum vita discriminare? Ex part. 5. tract. 1. 3. & Mischell. 1. Refol. 23.

Quoad hoc in 10. c. 6. lego doctrinam Ref. 42. & signante §. Hec tamen.

§. I. Suppono ex Villalobos in summa, tom. i. in 10. c. 6. lego doctrinam Ref. 42. & signante §. Hec tamen.

de Mendoza in 2. 2. disp. 144. sect. 3. §. 25. distinguit duo genera periculorum. Primum imminent ab hominibus in odium fidei, aut pietatis, tunc unusquisque teneatur providere proximo, quia attrito supernaturalis facilis est cum gratia Dei, cum qua salutem allequit aeternam, quia vel illa sufficit cum martyrio (etenim tunc martyrum est), vel Deus tunc ei contritionem providit; ipse autem actus est se martyrio oblixi, quia in occasione, Deo favente, nullus perit, nisi ipse sponte deficiat, quod ipse tunc timet probabiliter, sed potius sperat a Deo auxilia efficacia ad ferendos cruciatu. Secundum genus periculi est, vel à rebus inanimatis, vel ab hominibus non in odium Dei, sed privatum; ut si moribundus sit ultra flumen, quod lumen trajeatur cum periculo, ut agnum absolvam, aut baptismum; vel si comprehendendus ab inimico private, & occidendus, tunc si possum facile exercere amorem Dei super omnia, & valde probabiliter opinari me esse reconciliatum Deo, non fecis ac id existimo per confessionem, tunc teneor subire mortis discrimen, quia non est necessaria certitudo, sed prudens opinio de justitia sanctificante. At verò si homo sit diuturnus peccatis afflatus, & perdifficilis ad contritionem perfectam, nec sati sibi persuader verum amorem Dei, & nixus illum exercere, adhuc prudenter timeret, non teneatur se expondere periculo mortis, quia in periculo aquilis prius teneatur sibi, quam proximo: adultus autem moribundus teneat se disponere; quod si adultus non sit, nullus ei teneatur providere cum gravi periculo aeterna salutis. Immò Bannez in art. 5. concl. 2. omnem peccatorem excusare videtur, dum afferit, hominem justum teneri: ergo peccator non teneatur.

RESOL. VIII.

Explicantur aliqui casus, an quis teneatur propter extremam necessitatem spiritualem proximi expondere propriam vitam:

Sed hic est aliud pulchrum dubium. Quidam obsterix faceret plures infantes invalede baptizasse, &c. queritur in hoc casu, quid obsterix, & confessarius cum ipsa obsterice facere debeat? Ex part. 3. tract. 5. Mise. 1. Refol. 50.

§. I. PRIMÒ queritur, an Sacerdos teneatur audiire, & absoluere cum discrimine vita propria illum, qui in articulo mortis timeret non habere sufficientem contritionem, & ideo petit Confessarium ad obtinendam Sacramentalem solutionem. Affirmative respondent Valentia 10. 3. disp. 7. q. 4. panel. 4. post 5. art. Lorca in 2. 2. sect. 3. disp. 2. num. 32. Suarez tract. de fide, disp. 9. sect. 7. num. 3. Sylvius in 2. 2. quest. 26. art. 5. cum aliis, qui eti talis per contritionem salvari possit, hac tamen ei est difficilis, & ipse meritò timeret, an sit contritus.

2. Sed hoc aliis ait Coninch tract. de fide, disp. 25. dub. 7. num. 89. videtur difficile: unde merito (ait ille) Navarr. c. 24. num. 9. hunc casum limitat ad existentem in peccato mortali, qui omnino ignorat sibi necessitatem esse contritionem extra suscepctionem Sacramenti, aut omnino ignorat quid sit contritio, & quomodo eam possit in se excitare, atque ita non cogit se ad eam habendam. Non est igitur absoluere dicendum moriturum existentem in peccato mortali qui creditur, non esse contritus, esse in extrema necessitate; secus autem in casu Navarri, ut supra.

3. Sed

Quamvis non plenè sup. hoc legem tamen infra post mediū Ref. 48. ver. confirmatur, & vide doctrinā Ref. 49. Et si sanguiner sup. hoc in 10. 5. tr. 6. Ref. 43. in fine, & in tom. 2. tr. 4. ex refol. 26. §. 21. ad lin. 8c. in §. ult. ad lin. 3. &c.

De Sacram. Baptismi. Resol. IX. & X.

7

Sup. hoc le-
ge doctrinā
kē. seq.

3. Sed ponam hīc pulchrum dubium. Obstetrix quadam fatetur plures infantes invalidē baptizasse, quibus postea à Parocho sine alio baptismate cæremoniū tantum adhibita fuerunt; persona autem iste non verē baptizata, etiam si adhuc vivant, sunt tamen per varias civitates, vel regiones disperse, ut consideratis omnibus nullus modus excoigitari possit, quo illis defectus baptismatis significetur, nisi mulier se prodat Magistratu, & ultimum supplicium subeat; difficultas est an hoc efficere teneatur, & quid Confessarius facere debet? Ad hanc questionem ita respondet Layman in *Theol. mor. lib. 2. tr. 3. c. 3. num. 3.* licet casum istum speculative considerando, probabilissimum videatur, quod haec mulier teneatur se ipsam Magistratu prodere; quia salus corporis ex lege charitatis postponenda est salutē animæ, præfertim non unius, sed plurim personarum. Imo hec obligatio ex iustitia esse videtur, quandoquidem ipsam mulier homines illos innocentes in salutis suæ discrimen per summam injuriam concitat. Tamen hic ipse discursus fortassis non tam certus est, ut à nomine in dubium revocari possit, cum homines illi per contritionem salvare possint. Sed quidquid sit de hac responsione, faltem mulier cui ponimus obligationem hanc se ipsam prodendi, & ad mortem offerendi, non agnoscat; edocere autem illam probabilitatem ignorantem in re non omnino evidenti, consultum non est, si Confessarius arbitretur non perfusurum, sed magis obfuturum, ut dicam *lib. 5. tract. 6. c. 13. num. 5.* Imo si Confessarius id mulieri explicaverit, & ab ista tam herœico factō plenè abhorrentem conspiciat, non illam urgendam multum arbitror, dicendo, v. g. alter salvam fieri non posse; ne omnino in delperationem agatur: sed contentus esse debet, si mulier in postrem à peccatis, & sacrilegiis ejusmodi abstineat firmiter proponat. Ita Layman ubi *supr.*

RESOL. IX.

An qui ministrat Sacramentum Baptismi, & Ordinis invalidē, teneatur cum periculo vite, & honoris manifestare hunc defectum?

Et quid maximē, si invalidē fuisset collatus Ordo Sacerdotalis, aut Episcopalis? Ex Part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 55.

*H*ip. hoc pro §. 1. **V**ideatur negativē respondendum, quia licet Confessarius, qui dedit absolutio- nē invalidam, teneatur admonere pœnitentem de tali defectu; hoc tamen Doctores communiter afferunt procedere, nisi grave damnum, aut scandalum sequatur Confessario; ergo.

2. Verum affirmativam sententiam tenet Petrus Ochagavia de *Sacram. tract. 2. de Confessionis sacra- mento*, quest. 41. num. 6. ubi sic ait. Secus est in Ba- ptismo & in Ordine; ut cùm quis invalidē hæc administret, quia enim ex hoc multa possunt gravia mala sequi, ideo teneretur minister revelare hos defectus, etiam cum magno honoris, aut vite periculo. Sic ille. Et ad argumentum superiùm ad ductum potest quis respondere esse disparem rationem, quia Confessarius in illo casu non tenetur monere pœnitentem; nam pœnitens tunc potest per aliam confessionem, vel contritionem justificari, & licet contra hoc videatur obstat confessio- nis integritas, contra quam videtur fieri, si illa peccata non iterum confiteatur, tamen si propter

dictas causas potest pœnitens in confessione omittere aliquod peccatum, ita poterit Confessor propter eas relinquere admonitionem, & permettere pœnitentem non integrē confiteri de illis peccatis.

3. Sed his non obstantibus opinionem Ochagavia quoad sacramentum Baptismi veram esse puto; fecus autem quoad sacramentum Ordinis, quando videlicet quis invalidē fuisset ordinatus Subdiaconus, vel Diaconus, & postea validē suscepisset sacrum Ordinem Presbyteratus; & licet pro hac opinione non habeam auctorem, habeo tamen rationem, quæ magis valet. Nam, ut obseruat Sotus in *4. diff. 24. quest. 1. artic. 4. in fine & Sanchez in opus. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 14. num. 3. & alijs*, Sacerdos ritè ordinatus licet alios Ordines non suscepit, potest omnium Ordinum functiones validē exercere, quia in eo virtute continentur: ergo si aliquis invalidē ordinavit Subdiaconum, vel Diaconum, postea validē ordinatum Sacerdotem, non tenetur cum notabili periculo vita, aut fama, manifestare talem defectum, quia, supposito, ut dictum est, charactere sacerdotali, valide exercet functiones dictorum Ordinum, atque adeò mala, quæ timebat Ochagavia in nostro casu minimè sequi possunt. Unde optimè docuit etiam Jacobus Granado in *1. 2. D. Thom. controv. 9. tract. 1. diff. 6. num. 2.* dictos Ordines non esse ita necessarios, ut per sacerdotalem potestatem suppleri non possint munera, propter quæ instituta sunt, & praeterea non habent annexum aliquem actum absolutè necessarium ad fidelium salutem, aut defectu cuius proveniat Ecclesiæ notable damnum. Ita Jacobus Granado. Et ideo ex his nostram sententiam scio summoperè placuisse pluribus Partibus Societatis Iesu. Secus autem dicendum erit, si invalidē fuisset collatus Ordo Sacerdotalis, aut Episcopalis, & in hoc casu amplèctor opinionem Ochagavia; tunc enim puto cum periculo vita, aut fama manifestandum esse defectum; quia aliqui ordinati exponentur periculo non conferrandi, non absolvendi pœnitentes, non ordinandi; sed cùm id cederet in maximum fidelium detrimentum: ergo, &c.

RESOL. X.

Utrum ministrans scienter Sacra- menta in peccato mortalē, peccet mortaliter? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 53.

Negativam sententiam probabilem esse *Sup. hoc ia- putat, & docet Croulers in Regulam Ref. seq. & Santi Francisci. c. 7. lect. 21. fol. 68o.* ubi postquam ne deleras adhuc legere magis stricam do- cap. si justus, & cap. Remissionem: nihil tamen in dictis Capitulis deprehendere potui, quod favorer opinioni affirmanti: nam quod ipse Gra- tianus ex Augustino in Can. relato infert, ex cap. Remissionem, Simoniacos non tantum iniutiliter, sed perniciose Unctionis Sacramentum habere, potius de receptione Sacramenti (Ordinis scilicet) intelligendum videtur, quam de cuiusvis Sacra- menti administratione activa. Probatur etiam ratio- ne D. Thomæ 3. part. quest. 64. artic. 6. videlicet, Mi- nister in mortali ministrans Sacramentum, non exerceat hujusmodi functionem, ut oportet: ergo peccat sic ministrando. Antecedens probatur, quia Sacra- menta à sanctis tractari convenient. Proba-

A 4 tur

Tractatus Primus

tur secundò, quia ministrum oportet se conformare principali agenti, Deo scilicet, qui dicit. *Sancti estote, quoniam ego Sanctus sum. Levit. 19.* Probatur tertio, quia rem sacram tractat, sicut prophanam, contra id, quod scriptum est *Isaiæ 52. Mundamini, qui fertis vasa Domini.* Haec autem sunt potissimum rationes pro sententia affirmante: Quia etiam probent aliquam inferri irreverentiam Sacramento, dum ab existente in peccato mortali administratur; non videtur tamen mihi probare, quod ejusmodi irreverentia sit semper ita gravis, quod debeat censeri mortalis. Quod enim ulterius allegatur, quod irreverentia haec sit in genere sacrilegij, ac consequenter mortalium; cum genus peccati sit mortale. Respondeo primo, neandum mihi videri fatis probatum, quod haec irreverentia rationem habeat sacrilegij: quod autem id neendum satis probatum sit, sic ostendo: quia certum est, non omnem irreverentiam circa res sacras habere rationem sacrilegij: alioquin qui in templo securitatem, aut turpiloquium admitteret, sacrilegus esset, quod nullus unquam afferuit. Quod vero haec irreverentia, de qua est quæstio, sacrilegium non sit, ex definitione ipsius sacrilegij constare potest: sacrilegium enim est violatio rei sacrae, non qualiscumque; sed qua ratione sacra est. Unde ad sacrilegium constitendum oportet violatione ipsa laeti, vel temerari non solum rem ipsam simpliciter, qua sacra est; sed in eo quod sacra est, ut D. Thomas 2. 2. quæst. 99. art. 3. & Caetanus ibid. Ex quo sit, quod qui percutit Virginem, quam scit votum simplex castitatis emisisse, & hac ratione Deo esse sacram, non committit sacrilegium, nisi etiam cum illa peccet peccato carnali. Sed definitio sacrilegij non competit ministratio Sacramentorum factæ cum conscientia peccati mortalis. Ergo, &c. Quod autem non competit, probatur: quia actio Sacramentalis ideo tantum est sacra, quia recipientem Deo consecrat: sed hujusmodi consecratio non luditur, aut violatur per malam Ministrorum conscientiam (occultam saltem) modo alias actionem sacramentalem ritè peragat, juxta institutum Christi. Unde & D. Thomas 3. part. quæst. 64. art. 5. ad 3. docet, quod bona conscientia Ministri non sit debita adeste Sacramento, nisi secundum quandam decentiam, & art. 6. in corpore, docet convenienter esse ut Ministri Sacramentorum sint justi, quia Ministri debent se Dominum conformare. Haec verba S. Thome satis offendunt sacramentalem actionem, qua ratione est sacra, non violari per malam conscientiam Ministri: quandoquidem ad Sacramentum ministrandum non requirit bonam conscientiam, nisi ex quadam decentia, & convenientia, & consequenter non potest ejusmodi ministratio constitui in sacrilegij genere, quamvis id supponat D. Thom.

2. Dicit Caetanus in art. 6. Conscientia bona in Ministro debita quidem est ex decentia actioni Sacramentali; quatenus est opus operatum: quatenus vero est opus operantis, debita eidem est ex necessitate: Et propterea non est mirum, si Minister peccat mortaliter eam non adhibendo. Respondeo haec omnia gratis, & sine ulla probatione dici à Caetano: quia enim consequentia inferri potest: bona conscientia Ministri ex decentia tantum requiritur ex necessitate (tali inquam necessitate, qua inducere possit peccatum mortale) in eadem actione Sacramentali, quatenus est opus operantis. Quare, inquam, magis erit necessaria bona conscientia illi actioni, quatenus opus operantis, quam quatenus est opus operatum: cum certum sit illam actionem, quatenus est opus operantis,

non esse magis sacram, quam reliqua bona opera virtutum, quibus Deo ministratur: Quia si hanc cum conscientia peccati mortalis, non tamen propterea sacrilegium committitur.

3. Dices: non potest negari, quod qui cum conscientia peccati mortalis ministrat Sacramentum, tractet rem sacram, sicut rem prophanam. Respondeo non posse absolute dici Ministrum tractare hanc actionem, que sacra est, ut prophanam, ex eo solum, quod dum eamdem ministrat, habet conscientiam peccati mortalis; quam etiam habet, dum actiones non sacras exercet: quia cum haec mala conscientia potest habere debitam existimationem de actione illa sacra, quam non habet de prophanâ: potest etiam illam exercere cum timore reverentiae interno, & debita aliqua reverentiae externa: prophanam autem non sic exercet, & sic sufficiens discernet hanc actionem sacram a prophanâ saltem ad evitandum peccatum mortale: nec poterit dici tractare rem sacram sicut prophanam, nisi secundum aliquid, quod ram ex decentia requiratur ad exercendam illam actionem sacram.

4. Et certè quod actio ipsa Sacramentalis ex dignitate sua non exigat in ministro (saltem sub obligatione peccati mortalis) conscientiam nullius peccati mortalis conscientiam, satis probari potest ex ipso Caetano, quem etiam sequitur Gregorius à Valentina tom. 4. dist. 3. quæst. 3. pag. 3. Sotus, & alij communiter, qui docent duabus conditionibus opus esse, ut ministratio Sacramenti in mortali; sit mortale. Una est, ut qui ministrat, sit minister ex officio, id est, ad id consecratus, & deputatus a Christo & ab Ecclesia. Altera est, ut ministratio talis sit solemnis: in quo autem consistat solemnitas administrationis, respondet Valentia consistere in hoc, quod ministratio fiat ex tali confectione, & officio. Verum haec responsio mihi non placet, quia ad dictam solemnitatem aliud adhuc requiritur præter Ministrum ex officio, ut satis constat ex iis, quæ traduntur communiter à Doctribus de solemnizatione baptis. mi, matrimonij, & aliorum Sacramentorum.

5. Quod autem neque oriri possit haec obligatio ex eo, quod vel ex officio, vel ex eo quod cum solemnitate ministretur; probatur quia ex his duabus conditionibus non accedit major dignitas Sacramentali actioni: ergo irreverentia male conscientia ministrantis, que alias mortal is non est, non potest esse mortal is, etiam ultraque conditio concurredit.

6. Si dicas has conditions non quidem majorē dignitatem conferre actioni Sacramentali, sed majorē dignitatem ministranti; ratione cuius tanquam ex circumstantia persone, mortale ipsi est, quod alias est veniale eidem. Respondeo negari non posse circumstantiam persone peccantis aliquando transmutare actionem, qua alias venialis est, in peccatum mortale: verum id nunquam fieri arbitror, nisi illa actio transferatur per circumstantiam persone in aliam peccati speciem, scandali scilicet, vel sacrilegij, vel etiam alterius.

7. Dices ministracionem Sacramenti cum mala conscientia factam transferri in aliam speciem, concurrentibus jam dictis conditionibus: quia scilicet illis non concurrentibus non est sacrilega, concurrentibus autem sacrilega est. Respondeo hac in responsive peti principium; hoc enim est, quod probari petimus, quod scilicet mala conscientia ministrantis sacrilegam reddat ejus ministracionem concurrentibus duabus conditionibus.

De Sacram. Baptismi. Resol. XI.

9

bus jam dicitis. Hoc vero probamus, quod non reddat: quia per ejusmodi conditiones nulla accedit nova sanctitas actioni sacramentali, quae proinde per conscientiam malam violari censenda magis sit ministrantis ex officio & cum solemnitate, quam ministrantis non ex officio, aut non cum solemnitate: per ejusmodi etiam conditiones dicimus, insuper nullam novam consecrationem ipsi Ministro advenire, quae violari censenda sit ex eo, quod cum mala conscientia ministret, ut ipse met Caietanus, & alij docent: dum dicunt hanc irreverentiam esse, contaminationem sacramentorum, quae scilicet ministrantur: non dicunt autem esse contaminationem sacramentum Ordinis, quem dignè potuit Minister suscepisse: nullum ergo video admitti sacrilegium per eum, qui ministerat cum conscientia mortalis peccati rea.

8. Immo dato, quod talis irreverentia esset sacrilegium, & consequenter ex genere esset mortalitatis, ut dicit D.Thomas: adhuc tamen facile potest intelligi, quod huicmodi irreverentia circa sacramenta secundum suam speciem esset tantum venialis: quia potest imperfecte participare naturam genericam, & non ita laderet, vel violare sanctitatem sacramentorum, quod censeri debeat peccatum mortale. Et quamvis inter res sacras, sacramenta maximè sint sacra, eorum tamen sanctitas non videtur graviter violari per Ministerium, nisi peccantem contra substantiam sacramentorum, aut sacramentum abutenter ad finem, qui sit peccatum mortale, sicut qui ministerat mulieri sacramentum penitentie, ut ipsam ad libidinem provocaret.

9. Ex his que dicta sunt, fas est constata, sententiam negantem satis esse probabilem, quoad ministracionem sacramentorum; excepta ministratio passiva Eucharistiae. Hucusque Croulers.

10. Sed hanc sententiam est contra communem: & ideo rejicienda: ut optimè observat Coninch. de Sacram. quest. 64. artic. 6. dub. 1. & omnes Expositores Angelici Magistri in 3. part. quest. 64. artic. 6. Et obligationem administrandi sacramentum in gratia, certum est primariò oriri ex sanctitate & dignitate ipsius sacramenti ipsiusque actionis, qua administratur. Quia sacramenta continent in se moraliter merita & sanguinem Christi; & eorum Minister merita ac sanguinem Christi dispensat, idque in persona Christi, quam immediate sustinet. Unde sequitur esse contra dignitatem Christi & sacramentorum peccatorum, qui est hostis Christi, & manipulum Diaboli, ea administrare, quia omnino dedecet talis in munere tanta dignitatis, ac sanctitatis, tam immediate personam Christi sustinere, ita ut sit unum agens cum Christo, sicut esset contra dignitatem Regis, si aliquis se per sacramentum susceptionem dedicat ad aliquod certum munus, suscipit particularem obligationem illud decenter obsequendi: praestimt si ad hoc singularem gratiam, quasi quoddam congiarium, aut honorarium munus recipiat, que simul ad legitimam functionem excitet, cuncte faciliter. Sicut & si instanti periculo omnes quidem subditi tenentur principis sui statum defendere: maximè tamen tenentur ad hoc ejus feudatarij, ac publici Magistratus: quare negligentia qua in aliis mediooris, in his valde gravis est.

11. Hinc sequitur: semper sacerdotem quacunque ratione conferentem in peccato mortali aliquod sacramentum, præter ipsum baptismum, aut baptizantem solemniter, peccare mortaliter: nisi excusetur ignorantia, aut quia aliter id facere non potest ob urgentem necessitatem. Non est igitur admittenda sententia Croulers, nisi in administratione Eucharistiae extra Missam; ut nos probabilitate * alibi satis probavimus.

* Alibi in
t.2. tr.2. Re-
fol.5. & in
alii ejus an-
not.

RESOL. XI.

An sit opinio probabilis aliquorum afferentium Ministerum ex Officio ad id deputatum, conficiendum sacramenta in peccato mortali, non peccare mortaliter?

Et docetur laicum habentem conscientiam peccati mortali, non peccare mortaliter baptizantem in casu, quo licet alioquin laicus baptizare: nec sacerdotem in simili casu ministrantem baptismum sine solemnitate, etiam si existat in peccato mor-

taliter. Similiter Confessarium audiensem confessionem in peccato mortali, si ante absolutionem conteratur, non peccare mortaliter.

Et cuscum docetur parentem non teneri habere dolorem de peccatis, nisi pro punito, quo absolvitur.

Irem, quod licet dum sacerdos celebrat, tria præstet: primo quidem consecrat; secundo ministrat sibi ipsi; tertio suscipit sacramentum; tamen si hoc non obstante, si est in peccato mortali, non committit nisi unum peccatum.

Et tandem queritur, an contrahentes matrimonium in peccato mortali, non peccent mortaliter, quatenus conficiunt sacramentum, sed tantum quatenus suscipiunt? Ex parte 1. tract. 16. & Milc. 6. Resol. 28. alias 27.

§. i. **A**ffirmative respondet novissime Pater Marcus Vidal in Arca Theolog. mor. tit. de ministro sacramenti, Inquisitione unica, num. 69. & 75. & sic ait: Minister specialiter consecratus, & deputatus conficiendo, & ministrando sacramenta est causa ministerialis gratiae justificantis, quae per sacramentum conferuntur: & id est omnibus sacramentis commune, ergo semper in dicto Ministro, dum conficit, & ministrat sacramenta, requiritur bonitas, ne sacrosanctæ actioni, quam exercet, injuria, & magna irrogetur irreverentia, ideo, &c. Confirmatur primo. In re gravi maximum irreverentiam facit Deo, & sacramentis, qui in peccato mortali deliberatè ea tractat, cum non discernit inter res sacras, & prophanas, contra id quod dicitur Isa. 52. Mundamini, qui fertis vas Vas Domini. Ergo, &c. Confirmatur secundo; Minister, dum est causa infusionis gratiae justificantis, per quam in suscipiente deletur peccatum, debet proper gravitatem, & sanctitatem humanæ actionis, se reddere dignum, & bene dispositum ad hoc munus dignè, & laudabiliter exercendum, ergo aliter faciendo, mortiferè peccat: ideo hæc nostra opinio, quamvis sit probabilior, tum propter Doctorum auctoritatem, tum etiam proper * Quæ hic rationes, attamen opposita etiam mihi probabilis est Ref. antecedens. Ec in Ref. ejus ultima note ad objecta in contrarium doctò responderet. Hucusque & lege era s. annos prius dicitur Rel.

2. Sed ego omnino puto, affirmativam sententiā

tiam nota improbabilitatis inurendam esse ; & idem illam delevit ex operibus Hieronymi Llamas nostrum sacram Tribunal Inquisitionis Hispanie, quæ cum tanta maturitate , & circumfessione procedit in prohibendis libris , & concrendis opinionibus. Unde Leandrus de Sacrament. tom.1. tract.1. disp.4. quæst.9. postquam multa argumenta adduxisset in favorem probabilitatis dictæ opinio- nis tandem sic afferit ; His non obstantibus, nunc absolute, certissimè & absque ulla hæsitatione re- spondeo, præstatam sententiam esse omnino impro- babilem. Quia, ut talen, (ad minus) delere mandau- runt, ex summa Hieronymi Llamas, 1.p.c.1. §.5. Cen- sores fidei , per indicem librorum expurgat. editum in Hispania, pro tota illa, anno Domini 1640. Sic etiam antea , dictam sententiam improbabilem di- xerunt Petrus de Ledesma dub. 3. citat. & Luyfius Turrianus loco cit. ubi sic ait : Hæc tenus communis opinio fuit, peccare mortaliter sacerdotem, qui ministrat sacramentum Peccantia in statu pecca- ti mortalis. Referuntur tamen hoc tempore aliqui recentiores afferentes ; non esse peccatum mortale, talem administrationem in peccato mortali. Mihi autem doctrina hæc non solum improbabilis vi- detur , sed etiam temeraria contra communem sensum Doctorum , sine idoneo fundamento ; & multis etiam appare scandalosa, & qua parum fa- vet sanctitati Ministrorum. Sic Luyfius , & nunc ego. Hac argumenta contraria nunc urgent, quia omnia (perc.) autoritate nituntur, qua post de- cretum fæcunda Inquisitionis , omnino ruit : Ita Leandrus ; & ego. Nota verò hic obiter contra Cardinalem de Lugo, & alios, esse tamē probabili- co infra in Ref.43. &c.

^{Sup.hoc lai-} Sup.hoc Sa-
cere dote in-
fra in Ref.
42. & in aliis
eius prima
annot.

neque laicum habentem conscientiam peccati mortalium, peccare mortaliter baptizantem (in casu, quo licet aliquo laico baptizare) nec Sacerdos in simili casu ministrantem baptismum , fine solemnitate , etiam existant in peccato mortali. Et ita , me citato , tenet Dicastillus de Sacram. tom.1. tract.1. disput.3. dub.10. num.220. & me citato Leandrus ubi ^{suprà} quæst.5. & 6. & alij. Notant etiam me citato, Vidal. n.88. & Dicastillus n.243. Confessariorum audientem Confessionem in pecca- to mortali, si ante absolutionem contetur, non peccare mortaliter ; quia tunc Sacerdos non admi- strat sacramentum , sed quando absoluit. Nam si in- licet tunc apponatur materia , at non apponitur ab illo, sed à penitente, & Sacerdos se habet passivus. Idem obligatio solum est pro puncto , in quo fit Sacramentum ; non fit autem , nisi quando datur absolutio ; ita putat Dicastillus , penitentem non teneri habere dolorem , nisi pro puncto , quo ab- soluitur.

^{verb. penit.} 3. Et tandem nota etiam hic obiter , quod licet temere con- tento in lin. Sacerdos, dum celebrat, tria praefit ; primò quidem penult. hujus conficerat ; secundò ministra sibi ipsi ; tertid susci- git. Ed ego, in fra. in tr.3. Ref.97. & in aliis ejus pri- mat. annoi. quest.7. & alij.

Et pro con- sequentem unum opus , quod est integrum Sacri- cillum , ad cuius perfectam integritatem omnia illa concurrunt ; nempe consecrare, & sumere, ac pro- inde sibi ipsi conservare consecrata. Quidquid in contrarium afferat Cardinalis Lugo, contra quem tom.2. tr.6. etiam puto , contrahentes matrimonium in pecca- Ref.113. & to mortali non peccare mortaliter , quatenus con- legiæ doctri- ficiunt Sacramentum ; sed tantum quatenus susci- piunt. Ita , me citato , tenet Leandrus ubi ^{suprà} quest.7. & alij.

^{Sup.hoc in}

^{Ref.113. & in aliis ejus pri-}

^{mat. annoi. quest.7. & alij.}

RESOL. XII.

An aliquando ex temporis angustia , si quis non pos- sit elicere actionem contritionis, possit licet ministra- re, & confidere Sacramentum ?

Et notari an in aliquo casu, sumptio Sacramenti Eu- charistia possit esse licita in mortali ?

Et quid dicendum erit de aliis Sacramentis. Ex part. 5. tract.13. & Misc.1. Resol. 74.

§.1. C Uriosus, difficilis, & practicabilis est casus, ^{Sup. hoc le-} & negativam sententiam docet Jacobus ge Ref. & § Marchantius de Sacrament. tract.1. quæst. Pastoral. cap.4. quæf. 2. ubi sic ait. Quid faciendum dum subito Pastor vocatur ad agrum morientem , & pe- tentem confessionem , aut in plateis vulneratum, ad quem festinandum est, ne moriatur sine confes- sione : Respondet si Pastor sic subito vocatus extra statum gratiae sit , ob accelerationem tamen non se reflectat super peccato suo , excusat à no- vo peccato , absolvendo talem moribundum sine contritione , quod si verò meminerit peccati sui, non excusat à elicienda contritione ob festina- tionem & angustiam temporis , quia sufficit brevissimum tempus ad eliciendam contritionem, idèque tenetur ad eam eliciendam omnem cona- tum exercere , ita ut sine peccato novo non possit ministrare, nisi se eam bona fide puet habere. Ita Marchantius.

2. Sed in dicto casu Sacerdotem non peccare mortaliter , docent aliqui ex præstantissima Socie- tate Jesu doctissimi Theologi, ut patet. Et in pri- mis agmen duca ultimè viuis Joannes de Lugo de Sacram. disp.8. seft. 9.n.151. ubi sic ait : Ab hac ta- men communi regula excipio illum , qui vrgens necessitate sacramentum confert , nec potest mor- aliter in eo necessitatis articulo , & brevissima mor- tula difponere se ad justificationem per actum contritionis, ne interim moriatur , v. g. infans qui jam animam agit absque Baptismo ; quia cum Sacra- menta instituta sint in remedium animalium , non videatur irreverentia , si in extrema illa necessitate , ut subveniatur proximo, ministrentur à peccatore nam, sicut supra dicebamus, posse in eo casu ministrari cum materia , vel potestate dubia , quia præ- ponderat necessitas prefens præcepto non confi- ciendi cum dubio ; sic dicendum videtur necessi- tam illam præponderare præcepto non confi- ciendi, nisi in statu gratiae ; sic enim videmus mul- ta fieri circa personam Regis, vel Principis in casu necessitatis, quia si extra illam fierent, gravissimam irreverentiam continerent. Hæc autem ratio non solum probat de Baptismo, sed etiam de absolutione sacramentali , que aliquando potest exstirpari ne- cessaria homini ad salutem , nec potest se Sacerdos in illa temporis angustia preparare per actum contritionis , & frequentius potest casus in absolutio- ne evenire , quam in Baptismo. Ita Lugo , & ante illum Ludovicus Maratius tom. 3. de Sacrament. in gen. disp.8. seft. 2.n.5. sic afferens. Ceterum in pro- positione nostra hanc addimus restrictionem (ex tra casum necessitatis,) qua hoc solo sensu intel- ligenda est , ut si proximo sit ministrandum Sacra- mentum aliquod ad ejus salutem necessarium, tam- que sit urgens ejusdem necessitas , ut Ministro in statu peccati mortalium existenti tempus moraliter non suffpetat ad eliciendum actum perfectæ contritionis, possit hic licet illud ministrare , imò de- beat. Ratio autem est , quod cum Sacra- menta ad salutem

De Sacram. Baptismi. Resol. XIII.

II

catione teneatur iterare confessionem? Ex part. 5.
tract. 9. Refol. 45.

falutem hominum instituta sint, ratio postulat, & obligat, ut eorum saluti consulatur potius, quam debite sacramento & ejus auctori reverentia, & quando utrique simul consuli non potest. Quare tunc sacramenti Minister existens in peccato mortali non obligatur conformare se ejus sanctitati, sed succurrere proximi necessitatibus, nec proinde irreverenter & indignè tunc tractare censendus est. Nec diues actum perfecta contritionis exerceri posse in instanti, etiæ enim absolute posset, non tamen mortaliter saltē à plerisque in ratione proprie infinitatis male peccandi consuetudinis, vitiosorūque habituum multo indigent tempore, quo se ad tam perfectum actum præparant. Hec Maratius, cujus adde Joannem Præpositum in 3. part. quest. 64. art. 6. dub. 1. num. 34.

3. Non desinam etiam hīc adnotare quod Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 6. 2. sett. 2. in refol. ad 4. arg. nullum videtur cognoscere casum, in quo sumptio Sacramenti Eucharistiae possit esse licita in peccato mortali; tamen contrarium docet Vafq. Hurtad. & Ochag. quos citavi in p. 4. tr. 4.* ref. 9. 8. quibus adde Joan. de Lugo de Sacr. disp. 9. sett. 1. n. 8. ubi fatetur aliquando, licet raro, posse ut absque peccato possit aliquis scienter indispositus, & in statu peccati Eucharistiam sumere, ut si quis in Altari reccordetur peccati à se commissi, & ita arctetur angustiis temporis, ut non possit attendere ad habendum contritionem, nisi cessando à sacrificio inchoato cum sui honoris dispendio, tunc enim absque peccato novo posset sacrificium consummare, & Eucharistiam sumere, quia reverentia Sacramenti non obligat cum tanto dispendio proprii honoris. Unde consequenter idem à fortiori dicendum videatur de aliis sacramentis, in quibus propter eadem inconvenientia, licet raro occurrere posset casus quo propter angustias temporis homo non possit se ad contritionem præparare, vel excitare, & aliunde non possit absque gravissimo detramento, vel etiam irreverentia ipsius Sacramenti illud non suscipere. In quibus casibus licet Sacramentum non conferret gratiam propter indispositionem subjecti, non tamen contraheretur novum peccatum, sed efficit accessus neuter; hoc est, absque fructu, & absque peccato. Ita Lugo qui disp. 1. 4. de Sacr. Euch. sett. 1. n. 3. ex eadem ratione docuit, quod quando in subiecto hereticorum, vel paganorum irruptione periculum efficeret gravissimam irreverentiam Eucharistie, inferendam, & Catholicius in peccato existens non posset pro tempore angustiis disponere se per contritionem, aut occultare Sacramentum, tunc enim propter ejusdem sacramenti reverentiam, sicut posset ex omnium sententia non jejunus, sic etiam videtur quod posset in peccato existens Eucharistiam sumere ad vitandam ejus irreverentiam. Unde ex his licet ego ubi supra contrariam sententiam tenuerim, adhuc tamen existimo supradictorum Doctrorum opinionem etiam probabilem esse, & valde olim miratus sum quemdam sacra Theologia Professorem, virum doctum, hoc noluisse admittere, sed aliquid ita firmiter adhaerent opinioni, quæ illis placet, ut omnes alias anathematizent, & detestentur, & in eas censurando delirent.

RESOL. XIII.

Quodnam peccatum committat excommunicatus excommunicatione minori, ministrando Sacramenta?

Et an confessus excommunicato minori excommuni-

S. 1. Diligenter hōe dubium discutit Philip-
pus Faber de censurā 4. sent. disp. 2. 5. q. 1.
diff. 4. c. 2. n. 22. ubi sic ait: Quidam dicunt peccare
mortali, ut Adrianus & Durand. apud Soto in
hoc 4. diff. 2. 2. q. 2. art. 3. & alij apud Suarez diff.
citat. sett. 2. num. 5. sed hæc opinio rejicitur, quia
aperte repugnat textui allegato, siquidem ibi di-
citur, quod ligatus minori excommunicatione
non videtur removeri à collatione, sed à perce-
ptione sacramentorum. Cum ergo non sit illi pro-
hibitus activè ministrare sacramenta, nulla est ra-
tio quod peccet mortaliter. Alij afferunt sic ex-
communicatum non peccare, per se loquendo, sed
per accidens, ut Suarez ubi supra, qui citat alios, &
ejusdem sententia est Navar. cap. 27. num. 24.
Sed hæc sententia quoque est falsa, quia repugnat
textui, qui afferit quod talis excommunicatus
peccat conferendo sacramenta, licet sacramenta
valida sint: ergo per se peccat non per accidens.
At responder illa verba: Peccat tamen conferenda
Ecclesiastica sacramenta, esse intelligenda de illa
collatione, qua simul est collatio, & receptio sacra-
menti, ut est ordinatio; quia Episcopus ordinat Clericos ad sacros Ordines, simul enim confert,
& suscipit sacramentum; in his ergo peccat, quan-
tus sumit, licet non peccet quatenus confert, at quando solum confert, sed non suscipit, ut in
conferendo sacramentum Confirmationis, non
peccat; verum hac responsio non satisfacit, quia
Pontifex universaliter loquitur, ideo debet intel-
ligi univeraliter de collatione sacramentorum
quorumcumque, ut de Sacramento Pœnitentiae, non
autem de iis solum, qua dum conferuntur etiam
suscipiuntur. Verba enim textus sunt hæc: Pe-
ccat autem conferenda Ecclesiastica sacramenta, sed
ab eo collata virtus non caret effectu. Vult ergo
quod ligatus minori excommunicatione sit remo-
tus à quacumque susceptione sacramentorum, non
tamen à collatione illorum; non tamen concedit,
quod sine peccato illa conferat, si conferre velit,
sed rem in suo statu finit. Unde cum talis excom-
municatio minor aliquam indecentiam secum afferat,
dicitur non carere aliqua culpa, & ideo pecca-
re: est ergo valde extorta illa expostio. Ideo mihi
placeat opinio illorum, qui afferunt, sic excom-
municatum conferendo sacramenta Ecclesiastica pec-
care venialiter, quam sequitur Soto in hoc 4. diff. 2. 2.
quest. 2. artic. 3. & indicant Covarr. ubi supra, &
nonnulli alij, quæ suadetur ultra rationem addu-
ctam contra præcedentem opinionem, quia Ponti-
fex in eo Canone, dum dicit, quod si ligatus ex-
communicatione minori celebret, peccat, apponit illam particulam, graviter, sed dum loquitur
de collatione activa sacramentorum, inquit tan-
tum, peccat; non autem apponit illam particu-
lam, graviter: ergo signum est, quod indicat hoc
secundum esse minus peccatum, illud autem pri-
mum est mortale: ergo hoc secundum erit tantum
veniale. Verum Suarez ead. disp. 2. 4. sett. 2. n. 12.
adversus hanc sententiam infurgit, dicens, quod
ea probabilis est, si verum effet suppositum, quod
facit, scilicet ministrare in excommunicatione mi-
nor, esse peccatum veniale: hoc autem, inquit,
est falsum, tum quia censura hæc per se non est
culpa, sed pena, tum quia non supponit necessari-
tatem culpam mortalem. Quod si interdum illam sup-
poneret, posset per contritionem deleri, & sic
vult, quod talis censura per se sola cotant Deo non
afficerat.

Tractatus Primus.

afferat indignitatem, aut indecentiam, propter quam sit contra rectam rationem in illa conferre sacramentum. Ego non video hanc impugnationem aliquam speciem probabilitatis habere. Nam suppositum illud est verissimum; quis enim non videt, quod ligatus excommunicatione minori, quam incurrit per communicationem cum excommunicato majori excommunicatione, ut videbimus nunc *infra*, transgreditur praeceptum de vitando excommunicato, quod est peccatum veniale? Unde etiam si poeniteat commissi peccati, adhuc non habet omnem decentiam, quam habere debent regulariter ministrantes eadem sacramenta, quia illa poena est deformitas sufficiens: licet ergo ibi non esset peccatum, sed per contritionem esset delictum, non sequitur quod illa simplex poena censura non inducat deformitatem, propter quam ministrando in illa peccet. Nam etiam irregularis non habet peccatum, ut puta, quia per contritionem illud delevit, & tamen peccat celebrando propter illam deformitatem peccata irregularitatibus. Et haec omnia docet Faber *loc.cit.*

2. Sed his non obstantibus puto opinionem Suarez probabilem esse, quam tuerit novissime Adamus Tannerus *tom. 4. disp. 6. q. 8. dub. 2. n. 25.* Valer, *ubi infra*, qui citat Sotum, Ancharanum, Covarr, & Martinum Ledesim. Verum ego puto neque peccare venialiter. Unde Moscoso in *summ. tr. 16.c. 3. n. 2. sic ait.* [La dificultad que a los Autores trae rebueltos es, si el descomulgado con descomunión menor administrando los Sacramentos peca venialmente? y nace la dificultad del cap. ult. de Cler. excom. donde dice. Conferendo tamen graviter peccat tratando deſte descomulgando. Dexadas opiniones y explicaciones parece llano y certíſimo, que pues le está prohibida la participación activa de los Sacramentos, que es poderlos administrar por ningun derecho, que ministrando no peca, ni mortal, ni venialmente, y affi en las palabras referidas del Capítulo sin duda habla el Pontífice del Clerigo que administra el Sacramento, y juntamente celebra, y este tal peco mortalmente, como el texto dice, graviter, y explicar, que graviter sea venialmente, no se dexa entender bien.] Ita ille, & ego. Unde ex his refellendus est Doctoř Sahagun, insignis Canonista Samantinus, qui, teste Valero *ver. excommunicatio differ. 3. n. 2.* publicè docuit peccare mortaliter excommunicatum minori excommunicatione, administrando alias sacramenta, quamvis ea ipse non recipiat.

3. Notandum est tamen hic obiter contra Sylv. ver. *excommunicatio 4. n. 1.* sequutum Paludanum quod confessus excommunicato minori excommunicatione non tenetur reiterare Confessionem, ut bene observat ex Soto Faber *ubi sup.* hoc aperte repugnat verbis textus Canonis, in quibus aperte dicitur quod sacramentum collatum ab hujusmodi excommunicato, non caret sua virtute & effectu. Quod etiam dicit *ibidem* Sylvest. hujusmodi excommunicatum conferendo sacramenta peccare quoad Deum, non quoad Ecclesiam, est falsum, quia cum haec censura sit ab Ecclesia posita, peccatum quoad Deum, sed quoad Ecclesiam.

RESOL. XIV.

An qui ministrat Sacramentum Baptismi, Pœnitentia, &c. cum excommunicatione minori, peccat mortaliter, vel saltem venialiter? Ex p. 3. tract. 4. Refol. 56.

§. 1. **P**Ecce mortaliter docet Valsq. in 3. part. *Sup. contra tom. 4. tract. de excom. dub. 4. n. 4.* tum ex cap. si celebret, de cler. excomm. tum ex iure divino; Refol. & in supposita enim excommunicatione in aliquo, irreverentia, & in verentia gravis erit ita sacramenta ministrare. tom. 5. tr. 1. Refol. 152. §. sed pium. 152.

2. Secunda opinio putat esse in tali administratione tantum peccatum veniale, & ita docent Covarr. in cap. *alma mater*, p. 1. §. 8. n. 2. Sotus in 4. sent. diff. 1. 2. q. 2. art. 3. Avila in *cens. part. 2. c. 6.* disp. 1. 2. dub. 3. Medina in *summ. lib. 1. c. 11. §. 6.* Sayr. in *cens. lib. 2. c. 22. n. 17.* Coninch. de *sacrament. disp. 1. 4. dub. 17. n. 264.* Reginald. in *praxi tom. 2. lib. 32. c. 14. n. 242.* & alij.

3. Sed hi non obstantibus aliqui docent, ministrantem sacramenta cum excommunicatione minori nullam culpam veniale committere. Et ita tenet Filliuc. novissime *tom. 2. tr. 1. 3. c. 2. num. 24.* qui respondet ad cap. si celebret, idem docent Henr. lib. 1. 3. cap. 3. n. 5. & alij; non videtur tamen à priori tentativa recedendum, cum in textu expressè dicatur quod peccet.

RESOL. XV.

An excommunicatus denunciatus, & evitandus possit conferre sacramenta?

Et an per accidens in variis casibus etiam nominatio excommunicatus: & evitandus possit excusari à peccato Sacramenta ministrando, qui in textu hujus resolutionis explanantur, & tota doctrina hujus Resolutionis est valde notanda, & in mente tenenda pro præxi?

Et quid dicendum est de excommunicato tolerato, in quo casus eriam multa valde notanda?

Et docetur, quod excommunicatus etiam non toleratus valde offert Sacrificium Missæ, si Sacerdos est, ejusque fructum, qui ex opere operato habetur, valide cui volueris, applicat, modò hic ejus sic capax. Ex p. 5. tr. 9. Refol. 83.

§. 1. **R**Espondeo excommunicatum denunciatum, qui vitandus communiter appellatur, esse privatum activa sacramentorum communicatione, & sacrificij oblatione, cap. latores, de Clerico excommunicato ministrante, & cap. si celebret, eodem tit. idque sub peccate mortali, quia tam gravis materia est actio ministrandi, quam recipiendi sacramentum. Excusat tamen primò per ignorantiam invincibilem, & naturalem inadvertentiam, cap. *Apostolice de Cler. excom. ministrante.* Secundò per necessitatem provenientem ex vi, aut metu gravi, aut articulo, vel periculo mortis, ut vi, aut metu constat ex illa, in qua potest esse parvulus non baptizatus. De aliis sacramentis quidam negant, sed primò probabilius est de sacramento Pœnitentiae, ut potest medio juris divini, & per se ad salutem necessario, nec est improbabile de sacramento Eucharistie propter ejus summam utilitatem, & præcepti divini necessitatem. Ita Mercer. de *Sacram. in 3. p. q. 2. dub. 5. cui adde Guttier. in 99. can. lib. 1. cap. x. n. 6. 5.* Raynaud. de *monitor. p. 2. c. 2. n. 23.* & Preposit. in 3. p. q. 2. de *excomm. dub. 8. n. 44.* ubi sic ait: Per accidens variis casibus potest excusari à peccato. Primo si excommunicatus etiam nominatum gravi metu adigitur ad celebrandum, modò id non fiat in contemptum Cenitiae, & Religionis, non peccat celebrando, v. g. si Princeps volens audire Sacrum die Dominicæ, nec habens alium, quam nominatum excommunicatum, illum gravi metu adigit, ut celebret, hic si non possit commode declinare,

potest. Sup. hoc primo in Refol. 152. feq. à principio, & si placet in 10. 7. tract. 5. lego. doctrinam, §. Secundo Refol. seq. s. ult.

De Sacram. Baptismi. Resol. X V.

fro excommunicato pronuncient eum prohiberi ministrare quacumque sacramenta, tamen mollior nunc sententia senit de excommunicato tolerato, quem negat quidem posse se inferre ad sacramentorum administrationem, admittit tamen posse illa administrare si adeatur etiam absque necessitate, five sit Pastor, five non sit, neque item fideles eum audeant & jure suo utentes peccant, five municatis toleratis contentis in hoc extu, leg: infra § Noctadum, hujus Ref. & aliam Ref., eus not.

adversus legem de non communicando, quia post Martinum V. non urget, sive ob cooperationem in peccatum ministri, non enim ulla ibi cernitur cooperatio ad peccatum, qui non peccat minister toleratus, si requisitus ministeret. Hec Raynaldus.

2. Nota etiam cum Conink. de Sacram. diff. 1. 4.
dub. 5. n. 35. quod excommunicatus etiam non toleratur validè offert Sacrificium Missæ , si Sacerdos est, ejusque fructum, qui ex opere operato habetur , valide cui voluerit, applicat, modo hic ejus sit capax, quia has actiones facit immediate in persona Christi & potestate ab eo accepta, nec in iis nendet ab Ecclesia.

penet ab Ecclesia.
3. Notandum est etiam hic excommunicatum toleratum licite conferre sacramenta , quoties aut ipsius gravis cecessitas , aut notabilis proximi utilitas id exigit. Hinc Prepositus ubi supra num-44. obseruat quod Pastor excommunicatus toleratus potest celebrare ut subdit Sacrum audient die precepto, si id requirant alio deficiente, qui possit substitui, quia subdit petendo, non peccant, cum jus Sup. hoc
prope finem
§. i. huius
Ref. à Vers.
Quamvis &
mitra in Re-
sol. 17. & ia
alii, ejus
not.

Ita, quod illud potest non peccare, cum ipsi
habent, & per Extravagantia, non venturum
cum eis communicare. Unde Sacerdos Sacrum fa-
ciens ad illorum instantiam non peccat, nec solum
Pastor, sed etiam alius Sacerdos excommunicatus
toleratus rogatus potest ob populi utilitatem cele-
brare, nullo tamen modo potest se lege ingenerare.

4. Unde Filliac. tom. I. tr. 12. 6. 3. n. 72. docuit etiam quod Sacerdos, qui non tenetur ex officio, si est qui petit, habet faltem communem necessitatem, & non sit alius, potest sine peggato ministrare Sacra menta. Imò plus addam, nec definam hic apponere verba Joannis Propofiti loc. cit. n. 52. ubi docet, quod licet excommunicatus toleratus, sit.

cet, quod licet excommunicatus toleratus, si le in-
gerat administrationi Sacramentorum, peccet, ita
ut ultrè se offerat ad illa conferenda, & etiam non
rogatus; si tamen non censetur se ingerere, sed
ea conferat alii petentibus non peccat; quia cum
aliij non teneant eum vitare, etiam in sacramen-
tis, non peccant contra censuram, quod ab eo pe-
tant sacramenta, nec etiam peccant quod eum in-
ducant ad peccatum, & proinde non appetat, ex
quo capite peccet excommunicatus, quia excom-
municatus non potest dici peccare in eo, quod
juxta qualitatem actionis, qua ab eo petitur, con-
versetur cum aliis iisdem petentibus. Unde Sotus
in 4. dist. 1. q. 5. art. 6. in 6. propos. censet Pasto-
rem excommunicatum posse induci ad sacramen-
ta ministrandum, quamvis propositione 7. exi-
stimet non posse induci eum, qui non est Pastor.
Verum ex ratione à nobis facta patet utrumque
posse induci, quia non fundamit in eo quod Pastor
teneatur sacramenta suo parocciano ministrare, sed
in eo, quod aliij possint cum eo conversari abs-
que violatione censura juxta qualitatem actionis.

que violatione centura juxta qualitatem actionis,
in qua conversari cupiunt, & quod Sacerdos
non se ingerens, sed converfans, rogatus ab aliis
non peccet; que ratio etiam locum habet in eo,
qui non est Pastor. Unde non solum Pastor roga-
tus potest absque peccato prebere Eucharistiam
suo parrociano petenti, sed etiam alius Sacerdos
toleratus a quo similiter Sacramentum petitur nec
est absurdum, imo probabile, etiam si detur co-

pia alterius, à quo Sacramentum posset recipi, nec quicquam probant ea, quae adfert Valquez dub. 3. de excom. num. 1. & seq. Hec p̄positus, quæ sunt valde notanda;

5. Igitur ex omnibus supradictis appetet in articulo mortis posse excommunicatum etiam non toleratum conferre sacramentum Baptismi, Poenitentia, & Eucharistia. Restat modò inquirere, quid dicendum de aliis quatuor sacramentis? Respondetur nec licet peti, nec dari posse in eodem mortis articulo ab excommunicato denunciato. Ratio est, quia non sunt necessaria ad salutem, hoc tamen intelligendum est per se eo regulariter loquendo, nam contingere possunt aliqui casus, in quibus licet aliqua ex illis sacramenta ministrare.

**Sup. hoc in
fra in Re-
fol. 19. §. Ve-
rum, in fine,
& in tom. 2.
tr. 4. Ref. 30.
§. 1. & 32.**

Primitus est, quando existens in articulo mortis non potest sacramentum Poenitentia, neque Eucharistia recipere, quia nullum dedit contritionis, neque motus signum, nam tunc probabilius judicatur esse minister illi a tali excommunicato sacramentum Extreme-Untctionis, ut si forte infirmus erat atritus, stat per tale sacramentum contritus; & ratio est, quia in illo casu jam tale sacramentum est respetu illius infirmi moraliter necessarium ad salutem. Secundus est de sacramento Ordinis in casu, quo in aliqua provincia remota esset penuria sacerdotum, & non esset nisi unus Episcopus, & ille esset excommunicatus, denunciatus, aut publicus Clerici percussor, in quo casu fine damno communī licet posse sacramentum Ordinis ministrare. Tertius in sacramento Matrimonij, quando Parochus excommunicatus denunciatus assistit Matrimonio ejus, qui articulo mortis duxit uxorem, quam antea haberet concubinam, quia ita expedit saluti spirituali ipsius infirmi, vel temporali commodo filiorum; tum quia hæc necessitas est gravissima, tum etiam, quia Parochius non est verus Minister hujus sacramenti. Et ita docet Cornejo in 3. p. tr. 5. de excom. §. 1. dub. 4.

RESOL. XVI.

An excommunicatus vitandus ex metu mortis posset ministrare Sacra menta? Ex p. 5. tr. 9. Ref. 96.

**Sup. hoc in
cursum in
diversis ver.
§. 1. Ref. pra.
terit, &
quamvis
minimè sup.
d. & art. 8.
Ref. 136. &
in to. 7. tr. 5.
Ref. 76. pr.
totam, &
aliam Re-
sol. & ss. ca-
rum anno-
tationū do-
ctrina reple-
veris pro fo-
lutione hu-
jus quest.**

§. 1. Difficultas est post denunciationem & publicationem nominati factam, & negativè respondet Sylvest. ver. excommunicatio 5. §. 1. Ref. pra. terit, & alij.

2. Non desunt tamen aliqui, qui dicant posse ad vitandum periculum mortis, quia lex non obligat hoc, si legis ratione in cum tanto periculo. Verum Valquez dub. 7. n. 15. docet aperte in sacramentis licet non esse taliter communicationem, neque illi licere ministrare, quia semper datur, vel recipitur ab indigno, nempe ab excommunicato, & eit de jure divino naturali hoc preceptum, ac proinde nunquam licet, & tom. 4. in 3. p. 9. 93. art. 1. n. 16. & 17. Refert sub distinctione variis modos philosophandi, & citati dub. 7. doctrinam tradidit 1. 2. disp. 161. c. ult. num. 27. addidit tamen: possemus dicere licet hoc esse, non quia licet sit manente excommunicatione, sed quia pro tali eventu Ecclesia non vult aliquem excommunicare; quæ sententia mihi placent, & videntur rem hanc exactè explicare. Nec probo id, quod Suar. disp. 11. sect. 1. n. 10. videtur dicere, non posse excommunicatum metu mortis communicare alium, & hæc omnia docet Turrianus lib. 2. disp. 10. dub. 3.

3. Non desinam tamen h̄c etiam apponere verba Philip. Fabri de conf. in 4. sent. diff. 25. q. 1. diff. 4. cap. 4. n. 16. ubi sic ait: Certum est excommunicatum, denunciatum, & publicum percussorem Clerici peccare mortaliter administrando aliquod sacramentum. Tamen est difficultas specialis, an in aliquo casu excusat peccato, ita quod possit sine periculo ministrare: Ad quam breviter responderetur primò excusari per ignorantiam invicibilis, naturalem oblivionem, vel inadvertentiam, ut supra diximus de receptione passiva. Secundò excusat gravi aliquo necessitate. Gravis autem necessitas potest provenire ex tribus capitibus. Primo ex parte ministri. Secundò ex parte illius, cui ministratur. Ex parte ministri potest vel extrinsecus sup. his se-
provenire, ut si per vim & metum inducat ad quatinus in
præbendum aliquod sacramentum alicui, vel ad celebrandam Missam, & quoad hoc dicendum est, si-
eut dictum est supra, quod quando est timor ca-
dens in constantiam virum, excusat, & multo magis
vis. Vel potest provenire intrinsecus, scilicet ne se
infameret, aut occulm suum delictum publicet, &
aliquid simile, propter quod licet possit dimidiare
confessionem, ut supra de passiva receptione dixi-
mus, quia eadem est ratio de activa, & passiva re-
ceptione sacramentorum. Ex parte suscipiens po-
test esse necessitas quoque qua excusat peccato
excommunicatum ministrantem activè, ut quando
aliquis positus in extrema necessitate non potest
habere alium ministrum, à quo recipiat sacramen-
tum necessarium ad salutem, ut parvulus positus in
articulo mortis, nec habens alium ministrum à
quo possit baptizari, nisi excommunicatum, dicitur
positus in extrema necessitate recipiendi Bapti-
tum, idè in tali casu minister excommunicatus
baptizans non peccat mortaliter, nec venialiter,
quia extrema necessitas suscipiens ipsum excusat.
Ita Faber.

Sup. hoc ig-
norantia in
Ref. 1. nor-
præterita cursum in
principio.

Sup. his se-
provenire, ut si per vim & metum inducat ad
præbendum aliquod sacramentum alicui, vel ad ce-
lebrandam Missam, & quoad hoc dicendum est, si-
eut dictum est supra, quod quando est timor ca-
dens in constantiam virum, excusat, & multo magis
vis. Vel potest provenire intrinsecus, scilicet ne se
infameret, aut occulm suum delictum publicet, &
aliquid simile, propter quod licet possit dimidiare
confessionem, ut supra de passiva receptione dixi-
mus, quia eadem est ratio de activa, & passiva re-
ceptione sacramentorum. Ex parte suscipiens po-
test esse necessitas quoque qua excusat peccato
excommunicatum ministrantem activè, ut quando
aliquis positus in extrema necessitate non potest
habere alium ministrum, à quo recipiat sacramen-
tum necessarium ad salutem, ut parvulus positus in
articulo mortis, nec habens alium ministrum à
quo possit baptizari, nisi excommunicatum, dicitur
positus in extrema necessitate recipiendi Bapti-
tum, idè in tali casu minister excommunicatus
baptizans non peccat mortaliter, nec venialiter,
quia extrema necessitas suscipiens ipsum excusat.
Ita Faber.

RESOL. XVII.

An sit peccatum mortale petere Sacra menta ab ex-
communicato tolerato. Ex p. 5. tr. 9. Ref. 133.

**Sup. hoc in
Ref. 1. pot
præteritam,
§. Vide, à
medio ver.
Vnde, fed
ge ibi à §.
Norandus,
& si vacas
orio lege
cam per to-
tam, & in
fra ex Ref.
fra ex Ref.
Vide §.
sed difficul-
tas, & ex
Ref. 19 §. Sed
quid, que
in finem di-
cta Ref. &
cursum ad
lin. 4. Re-
sol. 10. & in
tom. 5. tr. 11.
ex Ref. 14.
§. 2. signa-
ter à lin. 7.
vers. 1a.**

§. 1. Respondent communiter non esse licitum fidelibus sine causa necessitatibus, aut majoris utilitatis ab eo sacramenta petere, si videlicet alius non excommunicatus praefit, qui æquè utiliter ministrare possit. Ratio est, quod excommunicatus peccet ministrando sacramenta sine ulla necessitate, si alius æquè idoneus adsit, cum per se indecens videatur, ut praecipuis ab Ecclesia publica ministeria Ecclesia sine ulla necessitate ratione obeat. Consequenter etiam is peccat, qui tale quippian ab eo petit, & ita docet Conink de Sacr. 9. 6. 4. art. 6. dub. 2. & diff. 1. 3. dub. 2. Suar. diff. 1. 1. sect. 4. n. 10. Avila p. 2. c. 6. diff. 8. dub. 1. & alij.

2. Verum ego puto contrarium sententiam esse probabilem, & ita hanc sententiam docet Sotus in 4. diff. 22. q. 1. art. 4. concl. 1. & Sanchez de matrim. lib. 7. diff. 9. n. 8. unde Layman lib. 2. tract. 5. p. 2. cap. 5. n. 5. sic ait. Improbabile non est nullam esse culpam petere sacramentorum administrationem ab ejusmodi excommunicatis toleratis, propterea quod Constantiente Concilium fidelibus absolute concesserit facultatem communicandi cum talibus, tam in sacris, quam politicis, conseruentur neque ipsos excommunicatos præcisè ob censuram peccare, si rogati sacramenta ministrarent, modo se non ingerant. Ita ille, & ego fuisse alibi.

RESOL.

* Alibi in
Ref. & ss.
not. præ-
dictam.

RESOL. XVIII.

An liceat petere Sacramentum à malo Ministro extra casum necessitatis?
Et quid, si tunc invenio paratum ad dandum?
Et quid, si Minister sit excommunicatus?
Et an Sacerdos excommunicatus absolvendo potest administracionem Sacramentorum, incurrit irregularitatem?
Et an sit peccatum ministrare Episcopo exercenti Ordines, in peccato mortali, aut Sacerdoti Missam celebranti in peccato? Ex part. 5. tractat. 7. Refolut. 4.

Ad hoc dubium Azorius, tom. 2. lib. 12. cap. 17. queſt. 7. responderet breviter. Primum, non esse licitum petere extra casum necessitatis id à Sacerdote, qui non est obligatus ad dandum sacramenta, & non est paratus ad dandum, quia esset inducere eum ad peccatum. Secundum, id est licitum petere à Sacerdote ad dandum sacramentum obligato, aut à Sacerdote parato ad dandum, quia tunc non est inducere eum ad peccatum, & potest ipse, si velit, atque etiam debet, contritionem habere. Tertio, in casu necessitatis licitum est petere à quocumque Sacerdote, quia tunc habemus ius petendi sacramenta. Ita Azorius. Unde ergo alibi satis probabiliter docui non esse peccatum mortale scandali accipere Sacramentum à Sacerdote existente in peccato mortali; si illum invenio in loco publico excipientem confessiones aliorum, etiam possem accedere ad alium Ministrum bonum, quia revera id non est cooperari peccato Ministri, aut illum inducere ad peccatum, cum ipse jam se offerat ad illud peccatum commitendum. Et hanc sententiam docet, praefer. Cabreram & Ledesmam alibi à me citatos, etiam Sotus, quem citat & non improbat Granado in 3. part. D. Thom. de Sacram. controv. 3. tr. 5. diff. ultim. num. 6. in qua fusè pertractat, quando licitum sit sumere sacramenta à malo Ministro sine scandali peccato.

2. Sed difficultas est quando sacramentum petendum est ab excommunicato, qui non habet à quo absolvatur; & tunc Sacramentum non esse petendum, docet Vazquez opusc. de charit. 9. 23. artic. 8. dub. 4. num. 42. Basili. Pontius de Matrim. lib. 5. cap. 18. §. 9. num. 6. & Granado ubi supra, num. 8. qui citat Sayrum, quia tunc petitur sacramentum ab eo, qui acquefens petitioni non potest bene; aut male administrare sacramentum, sed necessario male administrabit, eo quod non est in sua potestate absolviri ab excommunicatione, propter quam impeditur ab administratione sacramenti, & tunc petitio habet rationem scandali activi, quia petti id, quod necessariò male faciendum est, si fiat.

3. Verum his non obstantibus (attendas quæso amice Lector) contrariam sententiam probabilem esse existimo, quam docuit Sanchez de Matrim. tom. 2. lib. 7. diff. 9. num. 8. & novissime docet nunquam satis laudatus Hurtado de Mendoza, in 2. 2. diff. 17. 3. sect. 1. 8. §. 249. moveretur decreto Concilij Confantiensis & Martini V. quo datur facultas Christi fidelibus, ut communient in sacramentis cum excommunicato sine scrupulo. Quæ facultas non est in favorem excommunicati, sed aliorum, quia aliis provisum est ne scrupulis ir-

Tom. I.

Sup. hoc
cursum ad
medium, §.
Sed ego R.
tol. seq. &c.

B. i. tiquez;

riquez, quibus adde Ochagaviam tr. de Sacrament. in genere, quest. 24. num. 5. qui tamen hoc limitat, quando vitare commode non potest ministerium illud, ut quia famulus expelletur à domo, vel quia causabitur scandalum, si Minister se excusat à ministrando: sed hæc ferè semper evenient: ergo, &c.

RESOL XIX.

An sit licitum à Minister excommunicato non solum tolerato, sed etiam à non tolerato ab Ecclesia, id est nominatum denunciatur, vel manifesto percussore Clerici, petere sacramenta?

Et an talis Minister, si in extrema necessitate ministret Baptismum, & Pœnitentiam, peccet, & sit irregularis?

Et quid, si talis Minister excommunicatus sit ab Ecclesia toleratus, & sit tunc Parochus?

Et quid est dicendum, si non est tunc Parochus, nec ad ministrandum paratus?

Et notatur licitum esse sineulla necessitate petere Sacramentum à quovis excommunicato tolerato, dummodo non sit aliud impedimentum præter excommunicationem; nec peccare Minister istum, dum ad petitionem alterius ministret, secus verò si ipse se invitaret. Ex part. 10. tr. 11. & Miscell. 1. Resolut. 64.

Ref. hæc inveniuntur in tom. 2. tr. 3. Ref. 16.

S. 1. *E*A, quæ dicta sunt in superiori Resolutione, procedunt, ut dictum est, in ordine ad petenda sacramenta à malo Ministerio, existenti scilicet in statu peccati mortalis. Sed quid dicendum de Ministerio, excommunicato non solum tolerato, sed etiam non tolerato ab Ecclesia, id est, qui nominatum est denunciatus, vel manifestus percussor Clerici, ut nulla tergiversatio posse negari? Dico in casu extremae necessitatis licet ab isto petere sacramentum Baptismi, & Pœnitentiae. Ratio est, quia periculissimum est sine his sacramentis ex hac vita discedere: unde non debuit ullus Minister aliquo modo idoneus in hoc articulo excludi. Hinc etiam fit, ut talis Minister neque peccet, (si talis, ut absolvat, contritionem concipiat) neque irregularitatem incurrat.

Sup. hoc in Ref. 20. § 1. gnauerit in Ref. 60. fi. etiam § 1. & supra in Ref. 15. § 1. paulo ante finem a ver. Vnde non est.

Sup. hoc in Ref. 1. 2. not. p. & c. d. in ejus scilicet ver. Primus, & in aliis ejus

S. 2. Verùm difficultas est de sacramento Eucharistia, prout modum Viatici: & in tali casu non posse à dictis Ministeriis peti, docet Lessius in 3. part. questione 64. articul. 6. dub. 3. num. 15. & alii. Sed ego contrarium docui; & me citato novissime docet Leandrus de Sacrament. tom. 2. tractat. 7. disputatione quarta, quest. 22. cum aliis. Imò non deferam hic observare cum Magistro Serra, in tercia parte, quest. 64. articul. 6. dub. 2. non defesse, qui dicant, si aliquis effe sibi confuscius peccati mortalis, & non possent sibi alia sacramenta conferri, quā ea, de quibus recipiendis nullum est divinum præceptum; posse ea suscipere in extrema necessitate à Ministerio non tolerato, ut possit per ea justificari, & fieri ex attrito contritus, si forte solam attritionem habeat; credendum est enim id merito placere Ecclesia, ut tali necessitatibus subveniatur. Et ideo Hurtadus de Sacramentis in genere, disputatione quarta, difficultate 12. tenet, posse à dictis Excommunicatis accipi Sacramentum Extreme-Unctionis, quando non potuit suscipi Sacramentum Pœnitentiae, neque Eucharistie.

3. Sed quid dicendum, si Minister ille excommunicatus, sit ab Ecclesia toleratus, (id est, si non est denunciatus nominatum, aut manifestus Clerici percussor) & sit tunc Parochus? Potes ab eo libere Sacraenta petere, non solum tempore necessitatis, aut præcepti, sed etiam ob magnam utilitatem spiritalem: modò alterius Ministeri non sit tibi facilis copia: Ita Sotus, & alij passim. Ratio est, quia iste Minister quādū ab Ecclesia toleratur, non est tibi magis vitandus, quam si non esset excommunicatus. Unde si sit tunc Parochus, potes ab illo petere Sacraenta, & etiam eum cogere administrare; nam habes ius petendi: ergo ipse potest tibi sine omni peccato administrare, si velit: nemo enim obligatur ad aliquam actionem, quam sine peccato nequit obire. Suffici autem, ut in eo casu concipiatur contritionem, & procuret absolutionem à Censura, si potest: quod si non potest, permittitur Sacraenta administrare, nec contrahet irregularitatem. Secūs, si facile poterat interim absolvī. Adverte tamen, talem Parochum non se posse offere, aut ingerere; tunc enim graviter peccaret, & irregularis feret. Ratio est, quia non potest administrare, nisi subdito petente, & urgente.

4. Petes, an possum ob hujusmodi causas etiam petere sacramenta ab eo, qui non est Parochus, tamen excommunicatus est, & toleratus? Respondeo, non posse me petere, nisi ipse interim possit obtinere absolutionem Censura, vel nisi sit extrema necessitas. Ratio est, quia non possum petere aliquid ab alio, quod ille sine peccato non potest mihi praestare. At ille Sacerdos non potest sine peccato sacramenta administrare, nisi excusat extrema necessitas, vel in potestate ejus sit interim obtinere absolutionem. Quidam tamen existimant, si iste Sacerdos sit expositus, actu Confessiones aliorum audiens, vel Eucharistiam administrans, posse me accedere; quia in hoc casu non censetur petere. Sed Lessius, ubi supra tenet contrarium, præsertim si agatur de Confessione, quia qui accedit confessurus, manifeste peccat, & exigit sibi impedi absolutionem: unde intercedit hic salem aliquam inducitio, & petitio ad hunc actum individuum, qui est necessariò peccatum. Idem videtur de Communione, eti minorat ratio.

5. Sed ego affirmativam sententiam puto esse probabilem, & fatur ipsem Lettius. Et tandem Granadus in 3. part. convr. 3. tral. 5. disput. ultim. mm. 8. sic ait: Si Minister sit excommunicatus toleratus; sed non proprius Pastor, nec sit ad ministrandum paratus; non videtur, licere illum inducere ad præbendam Sacraenta, in quibus exerceat Ordinem: quia sic fieret Minister irregularis; & Ref. pro ar. qui petit, fore causa non solum peccati, sed etiam magna poena Ecclesiastica, scilicet irregularitatis. In casu autem necessitatis extrema, id est, in articulo mortis posset sine dubio inducere * Sup. con. ad ministrandum, quantumvis non esset paratus; tento in hoc etiam extra hunc articulum liceret petere, cum §. ult. leg. adesset magna aliqua utilitas; quia ipse Minister acriam Re. novit suum malum statum, & voluntariè denotat culpam & poenam, quæ illi imminent, si ministerio faret. Ita ille, & ego.

6. Notandum verò, quod Sanchez, lib. 7. de Matrimonio, disput. 9. mm. 8. latè probat, lictum esse sine illa necessitate petere Sacraenta à quovis excommunicato tolerato; dummodo non sit aliud impedimentum præter Excommunicationem; Ref. 17. & nec

De Sacram. Baptismi. Ref. XX. & XXI. 17

nec peccare Ministrum istum dum ad petitionem
alterius ministratur; fecis si ipse se invitaret.

RESOL. XX.

*An licitum sit, & absque peccato mortali recipere
Sacramentum Pénitentie, vel alia à malo Mi-
nistro, sed parato ministrare?*
*Et an hoc non solum ex rationabili & justa causa,
sed etiam extra casum necessitatis, diuinitudo Mi-
nister sit paratus? Ex part. 3. tractat. 4. Re-
solut. 59.*

¶ hoc in §. 1. Afirmativam sententiam docet Ledesma, cap. & Refol. 1. *Ama in summa, tom. 1. cap. 6. de Sacra-
mento, in genere, dub. 11. conclus. 10. ubi sic ait, ut
p. 1. [Licitu es recibir los sacramentos del ministro,
an. §. 1. pro ex-
amen que sea muy malo, y descomulgado, si es to-
mamoni-
lateral de la Iglesia, y el por otra parte esta apa-
rejado para administrar los sacramentos, porque
no conser-
va es lícitoular del pecado ageno para proprio como-
do y utilidad, quando el pecador estat aparejado,
usq. p. 1. se ve claramente en el uferero aparejado à
d. & in d. a ueritas, que es lícito pedir le dineros a u-
silio q. ras. Esto se confirma, porque en este caso cessa la
p. 1. & pro razon del escandalo, y no es inducir le à pecar,
p. 1. & q. 1. porque el se estat aparejado para ello: y aunque el
p. 1. i. 3. tal quando actualmente administra, peca mortal-
itate & in mente, el tal pecado y lo tenia cometido como
p. 1. §. 5. en virtud, pues esta aparejado para administrar los
p. 1. 14. sacramentos.] Ita ille.*

*An si quis sine necessitate petat administrationem à
malo Ministro, peccet mortaliter, sive Sacerdos,
sive Minister sit proprius suscipiens Parochus,
sive non?*
*Et inferius quale peccatum sit exigere juramentum
ab Infideli, parato jurare per falsos Deos, neces-
itate, aut utilitate deficiente.*
Idem est de petente mutuum ab usurario parato.
*Et quid, si aliquis peteret mutuum à predicto usura-
rio ad erogandum meretricibus? Ex p. 7. tr. 1.
& Mise 3. Ref. 33. alias 31.*

§. 1. *N*on peccare mortaliter, sed tantum ve-
nialiter cum aliquibus Doctribus alibi
probabiliter adnotavi; sed quia postea rogatus
sum, si alios DD. haberem, ut palam facerem, idem
nunc assero hanc sententiam tanquam probabilem
etiam admittere lumen illud fudgentissimum inclita
Academie Salmanticensis Valboa de Magrovejo,
tom. 2. in c. 26. de Iure, num. 71. & seq. ubi sic
asserit: Dubium autem est quale sit peccatum ju-
ramentum exigere ab infidei parato jurare per fal-
sos Deos necessitate, aut utilitate deficiente. Hanc
difficultatem explicant Doctores in simili casu pe-
tentis mutuum ab usurario parato sub usuris dare
absque ulla iusta causa, dicentes talem petitionem
esse peccatum mortale. Et moventur, nam praec-
ipuum charitatis, & fraternae correctionis obligat
quemlibet sub mortali ad vitandum mortale pro-
ximi, quando comodè, & absque damno facere
potest, ut advertit Sylvett. verb. usura 7. q. 1. Ara-
gon. 2. 2. q. 89. art. 6. dub. 2. conclus. 3. ubi expref-
se de petitione juramenti ab infidei parato jurare
per falsos Deos, Molina tom. 2. de Injustitia & Iure,
disp. ut. 333. conclus. 4.

2. Quæ sententia valde probabilis est, & pu-
tum etiam probabilem esse opinionem folam esse cul-
pam ventalem, nisi alias alia adsit mortalis cir-
cumstantia, v. g. si peteretur mutuum ad erogan-
dum meretricibus, quo casu ratione circumstantiae
erit mortale, & audeo dicere solùm esse culpam
veniale propter multorum Doctorum authorita-
tem ita dicentium, sic Cajetan. 2. 2. quest. 78. artic.
4. & in verbo usura, cap. permitt. Sotus lib. 6. de
Injustitia, & Iure, quest. 1. artic. 5. dub. 1. Navarr.
cap. 17. num. 172. Ledesma tom. 2. Summa, tradi. 8.
cap. 33. post conclusionem 29. lib. 2. Bannez 2. 2. a
quest. 78. art. 4.

3. Et confirmati potest exemplo petentis sa-
cramentum à malo ministro, de quo cognoscitur

B 3 iiii

¶ hoc in §. 1. *A*ffirmativam sententiam docet Ledesma,
p. 1. cap. &
Refol. 1. *Ama in summa, tom. 1. cap. 6. de Sacra-
mento, in genere, dub. 11. conclus. 10. ubi sic ait, ut
p. 1. [Licitu es recibir los sacramentos del ministro,
an. §. 1. pro ex-
amen que sea muy malo, y descomulgado, si es to-
mamoni-
lateral de la Iglesia, y el por otra parte esta apa-
rejado para administrar los sacramentos, porque
no conser-
va es lícitoular del pecado ageno para propio como-
do y utilidad, quando el pecador estat aparejado,
usq. p. 1. se ve claramente en el uferero aparejado à
d. & in d. a ueritas, que es lícito pedir le dineros a u-
silio q. ras. Esto se confirma, porque en este caso cessa la
p. 1. & pro razon del escandalo, y no es inducir le à pecar,
p. 1. & q. 1. porque el se estat aparejado para ello: y aunque el
p. 1. i. 3. tal quando actualmente administra, peca mortal-
itate & in mente, el tal pecado y lo tenia cometido como
p. 1. §. 5. en virtud, pues esta aparejado para administrar los
p. 1. 14. sacramentos.] Ita ille.*

3. His tamen non obstantibus, non reticam
crica presentem questionem hic apponere doctrinam
præstantissimi Theologi Gregorii de Valentia
tom. 4. disp. 3. q. 5. pñct. 3. ubi ponit tres casus.
Primus, si minister sit per se paratus, & habeat aliqui
potestatis. Secundus, si tibi teneatur sacramen-
tum conferre ex officio, quia est tuus Parochus.
Tertius, si constitutus sis in cœcessitate. Et in
quolibet istorum casuum docet, lictum esse percipi-
pere sacramentum ab improbo ministro, servatis
tamen duabus conditionibus. Prima est, ut minister
non sit impeditus per censuram. Secunda, ut num-
quam quis ab improbo ministro sic accipiat sacra-
mentum ministrandum male. Concurrentibus ig-
tur his duabus conditionibus, & aliquo ex predi-
catis tribus casibus, semper licebit sacramentum re-
cipere ab improbo ministro, atque etiam petere;
dummodo animus tantum sit petere, & accipere ab
altero id officium, & ministerium, quatenus ab illo
exerceri possit sine peccato. Haec omnia Valentia,
qui cum Ledesma concordare videvit.

4. Notandum est etiam Cabreram in 3. part. de
Sacram. q. 64. art. 6. disp. 2. § 4. n. 10. docere, quod
quando quis ex justa, & rationabili causa petet sa-
cramentum, posse illud petere à quocumque mini-
stru.

Tom. I.

in peccato mortali ministraturum, & tamen is, qui petit etiam sine necessitate solum peccare venialiter, tenet tanquam certum Soto in quarta diffinit. 1. q. 5. art. 6. in vers. 1. itaque propositio sit. Idem ergo dicendum videtur de potente ab infidelis jumentum, qui paratus est jurare per falsos Deos absque justa necessitatibus, aut utilitatis causa: Sed quamvis haec sententia probabilis sit; prior autem: & verior, & probabilius mihi videtur. Ita Valbo.

4. Hanc sententiam absolutè tenet Cutillus in addit. ad praef. 4. Mancini, dub. 42. ubi ita ait: An quis petens sacramentum ab aliquo Sacerdote veram facultatem illud administrandi habete, sed quem certò scit illud in mortali administraturum, mortaliter peccet, ac proinde sacramenti receptione nulla sit & invalida.

5. Respondeo negativè, etiam si ex devotione sacramentum recipere velit, sive Sacerdos, seu Minister sit proprius suscipiens Parochus, sive non, quia non minister absque ullo peccato, contritionem, v. g. eliciendo, sacramentum administrare possit, vel si contritionem habere non possit, illius administrationem, se honestè excusando omittere queat, si illud postea cum peccato administraret voluntarie omnino peccat, ac proinde sibi tale peccatum, imputare debet, & non potenti, qui hic & nunc exercet actionem licitam pertendit, scilicet sacramentum à vero, ac proprio illius ministero per potestem ordinariam, vel delegatam ad hoc instituto, & quamvis petens in hoc occasionem peccandi administranti sacramentum exhibere videatur, tamen hujusmodi occasio est occasio peccandi materialis, id est voluntariè accepta, ex eo quia vitalis ex parte ministri (ut probavimus) non verò formalis & peccaminosa. Quod aliqui intelligi volunt etiam sacramenti susceptor alium Ministrum, qui sacramentum sine peccato administraret faciliter, seu commode invenire posset, ratio forte potest esse, quia quamvis nos proximi peccatum cum aliquo nostro incommmodo ex charitate evitare teneamus, id tamen intelligitur de illis peccatis in quibus vitandum proximus nostro adiutorio aliqualiter indigere videtur, quod in casu nostro non accidit, cum minister sacramenti ex se si velit à peccato, quod tunc committit surgere & sacramentum sine peccato administrare queat, alioquin si sententia in contrarium, locum habere posset omnes actiones licite, illicitæ redderentur, quod nullo modo admitti debet, nam scandalum passivum, & voluntarium est peccatum proximi, puta judicia temeraria, suspiciones, & his similia ex nostra licita actione defumpta, ad quod vitandum nullus unquam dicit nos etiam cum aliquali nostro incommodo teneri, & ab actione hic, & nunc nobis licita celsare debere: Hucve fique Cutillus. Ex his ego olim consului Regularum, quod maximam verecundiam habebat confitendi sua peccata cuidam Confessario ex deputatis à superiori, potuisse sine culpa mortali petere administrationem sacramenti penitentie ab alio Confessario deputato etiam à superiori, quem probabiliter timebat esse administraturum Sacramentum in peccato mortali.

RESOL. XXII.

An ad valorem Sacramenti requiratur positivus consensus illud suscipiendi, maxime in adultis quoad Baptismum, & alia Sacraenta, vel sufficiat, quod non resistat? Ex part. 5. tract. 23. & Miscell. 1. Refol. 32.

§. 1: Quidam Sacerdos sumpsit Presbyteratus Sup. hoc in Ordinem, & ut ipse aiebat, in ejus sufficeptione neque actualiter, neque virtualiter habuit intentionem suscipiendi illum; scrupulis postea angebar, quia ex D. Thoma in 3. p. quæst. 68. art. 7. Seoto in 4. diff. 4. q. 4. Coninch. de Sacram. 9. 64. art. 8. dub. 5. & alius, communiter ad valorem sacramenti in adultis requiritur positivus consensus suscipiendi illud: ergo, &c.

Sed ego tune dictum faderem ab illa anxietate liberavi, non ex doctrina Cajetani in 3. p. quæst. 68. art. 7. & Ledesma in 4. part. 1. quæst. 9. art. 7. afferentium ad valorem sacramenti in adultis non requiri positivum consensum, sed sufficere quod non resistat, ut videtur expressissime Innocentius III. in cap. majores, de Baptismo. Non, inquam, tunc hanc doctrinam adduxi, sed aliam, nempe quod licet in adultis requiratur, ut dictum est, positivus consensus ad valorem sacramentorum; sufficit tamen habitualis, id est, præteritus non revocatus, ut supponitur in dict. cap. majores, & satis congruent, quia suscipiens non se habet ut agens & operans, sicut se habet minister, sed tantum se habet ut patiens, ac proinde non est necessarium consensum esse actualiter, neque virtualiter, ut ex eo tanquam ex efficiente derivetur, & fiat sacramentum: sed sufficit, quod suscipiens aliquo modo consentiat in susceptionem sacramenti; ad quod sufficit consensus præteritus nondum revocatus. Et etiam sufficit consensus ex metu coactus, ut supponitur in dict. cap. majores, & in Concilio Toletano IV. can. 5. quia consensus iste est simpliciter voluntarius, & liber, quamvis aliqui involuntarij habeat admixtum; immo non est necessarius consensus specialis, sed sufficit quilibet etiam generalis, quia quolibet suscipiens dicitur in susceptionem sacramenti consentire, ut consensus, quo quis Catholicè vivens desiderat aliquando uti mediis Ecclesiæ, vel ea sibi conferri, quando ipsis indiget, & hunc ad minus præsumit Ecclesia in moribundo, quem extremè ungit, quamvis id non petierit. Et ita docet Hurtadus de Sacrament. in genere diff. 4. diff. 3. docet ut semper solet.

RESOL. XXIII.

An alia Sacraenta preter Baptismum, & penitentiam aliquando conferant primam gratiam? Et ex doctrina hujus questionis sequitur, quod si aliquis, verbi gratia, non posset confiteri, & summat Eucharistiam, putando se habere contritionem, si habeat tantam attritionem, adhuc ex assumptione Eucharistie, obtinebit primam gratiam. Ex part. 5. tractat. 13. & Miscell. 1. Resolut. 31.

§. 1. * V Illalobos ubi infra, & Hurtadus Complutensis ex Gabriele Valq. diff. 3. de totam Sacramen

* sup. hoc lego doctrinam Refol. not. seq. per

De Sacram. Baptismi. Ref. XXIV. &c. 19

Sacram. in genere diff. 4. negativè respondent, seclusa Extrema-Uncione, quia existimat Hurtadus per hanc etiam conferri primam gratiam attritus, & ab'que mala fide sufficientibus illam.

2. Verum ego libenter affirmativa sententia adhæro. Dico igitur quinque sacramenta vivorum conferre primam gratiam aliquando, videlicet quando peccator accedit attritus, existimans bona fide se esse in statu gratia ab illo peccato mortali, quia de divina clementia credi potest, quod volunti sic accedit confiri primam gratiam. Id tamen non eodem modo defenditur ab auctoribus hujus sententiae, quia alij existimant id habere dicta sacramenta per se, & ex primaria institutione eorum secundum rationem genericam sacramenti, quamvis secundum specificam fuerint instituta ad conferendum augmentum gratia; alij vero existimant id habere dicta sacramenta ex institutione ipsorum secundum rationem specificam, secundario tamen, & per accidentis. Et hanc sententiam probabilem esse docent ipsimet adverbari, & ideo Villalobos in summ. tom. 1. tr. 4. difficult. 7. num. 2. sic ait: [Es probable que los Sacramentos de los vivos dan primera gracia; porque los sacramentos de los muertos dan augmentation de gracia, quando los recibe un nombre que est en gracia, lo qual parece de per accidentis; pues no fueron instituidos para esto principalmente; luego tambien los sacramentos de los vivos daran la primera gracia de per accidentis al que llegare con sufficiente disposicion, la qual parece que tiene el que llega con buena fe, y no pone esforzo al efecto de los sacramentos.] Ita ille, & absolutè nostrani sententian docent Coninch. de Sacram. quæst. 62. art. 1. dub. 2. Reginaldus tom. 2. lib. 26. num. 45. & alij. Hæc opinio fatis animarum consolatoria est. Et illi sequitur quod si aliquis, v.g. quia non potuit confiteri, sumeret Eucharistiam, putando se habere contritionem, si habeat tantum attritionem: adhuc ex sumptione sacramenti obtineret primam gratiam.

RESOL. XXIV.

Qua Sacramenta sunt suscepta, recedente fictione, conferant gratiam; an solus Baptismus, & Pœnitentia, vel etiam cetera Sacra menta? Ex part. 5. tract. 13. & Misc. 1. Resol. 30.

3. Hoc in §. 1. Dicam breviter quæ DD. dicunt. Durand. in 4. diff. 4. q. 4. & Canus de part. 1. tr. 1. p. 5. docent Baptismum, & Pœnitentiam conferre gratiam recedente fictione. Major. in 4. diff. 4. q. 2. & Covarruv. in cap. Alma mater p. 1. §. 4. n. 2. 3. Baptismum, Confirmationem, Ordinem, & Matrimonium pro tempore, quo durat vinculum ipsum, & Extremam-unctionem pro tempore, quo in infinitate, in qua datur, durat periculum mortis. Suar. in 3. part. tom. 3. diff. 2. 8. sect. 6. Baptismum, Confirmationem, Ordinem, Matrimonium, Extremam-unctionem, & Pœnitentiam. Vasq. in 3. part. tom. 2. diff. 16. 1. Sotus in 4. diff. 6. q. 1. art. 8. & alij, conferre gratiam recedente fictione, putantoli Baptismo convenienter. Sed alter Sotus, Petrus scilicet in insit. Sacerd. leit. §. de Baptismo, & Cajet. tom. 1. opusc. tract. 5. docent omnia septem sacramenta sicut recepta conferre gratiam, dicta fictione postea recedente.

2. Unde merito dixit Villalob. in summa tom. 1.

tr. 5. difficult. 2. 1. num. 2. [Que en esta question no ay cosa cierta.] Ipsé tamen magis probabiliter tenet, [que todos los sacramentos quitada la fiction, tienen su efecto:] & ratio esse potest, quia Baptismus ideo conferit gratiam recedente fictione, quia quamvis gratia Baptismi supplex possit per contritionem, id tamen est melius, & utilius hominibus, sed etiam est illis melius & utilius, quod reliqua sacramenta sicut suscepta, postea recedente fictione conferant gratiam: ergo id etiam est illis tribuendum, sicut & Baptismo.

RESOL. XXV.

An omnia Sacra menta, vel solus Baptismus habeant effectum, recedente fictione? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 15.

§. 1. Magister Sotus in 4. diff. 6. quæst. 1. art. 8. hoc privilegium ad solum sacramentum Baptismi restringit; alij vero extendunt etiam ad sacramentum Ordinis, & Confirmationis. Ita Sylvius in 3. part. q. 6. 9. art. 10. ubi citat Canum, Sylvestrum Paludanum, Gabrielem, & alios. Sed Cajetanus tom. 1. opusc. tr. 5. q. 5. de confessione infirmi; & alij ab solute docent omnia sacramenta, si cum fictione suscipiantur, illa postea recedente conferre suum effectum gratia sanctificantis; & ego hanc sententiam cum Cabrera ab ipsa de Sacr. q. 6. 9. art. 10. diff. 4. n. 9. libenter ampleror, quia multum extollit, & amplificat dignitatem sacramentorum, licet Villalob. in summa tom. 1. tract. 7. difficult. 2. 3. num. 1. & Suar. in 3. p. tom. 3. diff. 6. 3. sect. 8. negativam sententiam docent quod ad sacramentum Eucharistia, si ut quisque (ait Cabrera) eligat quam maluerit.

RESOL. XXVI.

Quæ peccata sunt, quæ remittuntur per Baptismum, recedente fictione?
Et quæ peccata sunt, recedente fictione, explicanda, vel non explicanda in confessione?
Et an sola attritione sine Sacramento Pœnitentia sit sufficiens ad removendam fictionem? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 14.

§. 2. Hæc quæstio ad mores maximè utilis est, ideo declarabo magis titulum; an per Baptismum recedente fictione remittantur omnia peccata; non solum quæ antecedunt Baptismum, sed etiam ipsum peccatum fictionis, & alia quæ peccata, quæ in ipsa reali Baptismi susceptione perpetrantur, & denique ea, quæ Baptismum subsequuntur; an potius omnia ista peccata remittantur per pœnitentiam, per quam tollitur fictione in ordine ad claves Ecclesiæ, ita ut facte, id est, sine attritione baptizatus, postea in confessione sacramentali hujusmodi peccata confiteri teatetur.

2. Prima opinio est Scotti in 4. diff. 4. q. 5. ubi assertit, omnia peccata, quorum homo attritionem non habuit, saltem cum ad Baptismum accessit, postea recedente fictione per pœnitentiam deleri, tenerique ipsum hominem sicut baptizatum de illis peccatis pœnitere, & ratione sui, & quantum fuerunt fictionis causa in Baptismo, & con-

B 4 sequentes

sequenter in confessione sacramentali erunt explicanda.

3. Secunda sententia est Sotii in 4. dist. 6. q. 1. art. ult., alferentis, quod per Baptismum remittuntur recedente fictione, omnia peccata antecedentia ipsum Baptismum, cum tamen illa, quae sunt finalia cum ipso Baptismo, vel perpetrata post illum, quae omnia necessaria in confessione sunt aperienda.

4. Sed ego per conclusiones veram sententiam explicabo. Prima conclusio. Fictio non remittitur per Baptismum, sed per paenitentiam in ordine ad claves, atque adeo necessaria est explicanda in confessione sacramentali. Secunda conclusio. Omnia peccata ante Baptismum commissa, & omnia etiam que in ipsa Baptismi susceptione perpetrantur, sive sint sacrilegia contra Baptismum, sive non, delentur recedente fictione per Baptismum, etiam si facte baptizatus nullam prorsus attritionem habuerit in ipso Baptismo, & ideo omnia supradicta peccata, non sunt recedente fictione in confessione explicanda. Tertia conclusio; peccata post susceptionem Baptismi commissa, recedente fictione, remittuntur per paenitentiam in ordine ad claves Ecclesie, atque adeo quando in confessione non appetiuntur, ut per sacramentum Paenitentiae re ipsa applicatum deleantur, requirunt contritio ad tollendum fictionem, & consequendum effectum Baptismi. Et haec omnis mutuatus sum a Cabrerâ de Sacram. q. 99. art. 10. dist. 2. §. 2. 3. 4. & 5. Sylvio in 3. part. quæst. 69. art. 10. Jean de la Cruz in direct. conscient. part. 2. de Baptismo, q. 4. dub. 4. conclus. 2. Villalobos in summa, tom. 1. tractat. 5. difficult. 20. per totam, & Nugno etiam in 3. part. tom. 1. quæst. 69. art. 10. dub. 2. qui etiam pro praxi quartunt.

5. An fola attrito sine sacramento Paenitentiae sit sufficiens ad removendam fictionem? Affirmative respondent Palidanus in 4. dist. 4. q. 5. & Sylvester verb. Baptismus 4. circa finem, quia fictio est obex Baptismi, sed obex Baptismi tollitur per attritionem, ut omnes concedunt; ergo illa sufficit. Si enim attritus est sufficiens dispositio, ut Baptismus in actuali susceptione habeat suum effectum, cur non erit sufficiens ad removendam fictionem, ut postea Baptismus suum effectum consequatur?

6. Respondeo; duobus modis quis cum fictione ad Baptismum potest accedere. Primo, quia videns & ieiens se accedit in peccato mortali, vel cum ignorantia crastina vincibili suscipit Baptismum & iste dicitur fictus proprio loquendo, & novum sacrilegij peccatum commitit. Secundo potest accedere cum peccati mortalitatem complacentia, sed excusat in novo peccato sacrilegij, ratione ignorantiae invincibilis; vel quia putat non esse necessariam aliam dispositionem prater fidem, & voluntatem Baptismi; vel quia putat se esse atritum, cum re vera non sit. Hoc supposito, dico quod fictio primi generis tolli non potest per solam attritionem sine Sacramento; fecus vero si fictio sit secundi generis, nam ita tollitur per attritionem sine Sacramento Paenitentiae, quia in homine sic accidente ad Baptismum non est necessarium sacramentum Paenitentiae, nam suppono omnia illius peccata antecessisse Baptismum. Ergo omnia tollenda sunt virtute solius baptismi, atque adeo tollentur cum dispositione sufficiente per se cum solo Baptismo. Ita Cabrera ubi supra, dist. 3. §. 1. 2. & 3.

RESOL. XXVII.

An habens infantem baptizandum morti vicinum, & Sacerdos recusat eum baptizare, nisi deretur quantitas pecunia, nec alia via possit conferri baptisma, licet sit ei præbere pecuniam? Et an hoc non solum pro infante, sed etiam pro adulto licet?

Idem dicendum est, quando agitur de absolutione in extrema necessitate. Ex p. 5. tr. 3. Ref. 29.

§. 1. **N**egativam sententiam docet D. Thom. Sup. hoc in 4. dist. 6. q. 2. art. 2. & dist. 25. quæst. 3. tom. 7. tr. 5. art. 3. & insinuat in 2. 2. quæst. 110. art. 2. ad 1. Idem Ref. 4. & docet Alexander de Alex. part. 2. q. 187. memb. 3. gnauerit §. art. 1. §. 1. Richardus in 4. dist. 25. art. 2. q. 1. Pa. ludanus eadem dist. quæst. 8. & alij. Et ratio est, quia emere Sacramentum est intrinsecè malum, sicut & vendere. Ergo nullo casu licet.

2. Verum his non obstantibus affirmativam sententiam tenendam esse puto, quia si in ista pecunia enumeratione aliqua est inordinatio, in hoc est, quod numerando pecuniam videtur quis consentire venditioni rei spiritualis, & pretium temporale exæquare rei spirituali; sed neutrum est in hoc casu, non enim numerans consenserit magis venditioni, quam petens mutuum, consenserit inique voluntati usurarij, & si consentire, tantum consenserit tanquam in minus malum; minus enim malum est, ut Sacerdos vendat Baptismum, quam ut infantern in aeternum perire finat. Neque etiam consenserit æquare pecunia summam, quamvis notabilem Baptismo, quia non dat illam ut premium Sacramenti, sed ut medium necessarium ad allicendum Sacerdotis illius animum, & Sacramentum obtinendum. Et confirmatur, quia si alius Sacerdotem impediaret, ne Baptismum conferret, posset ei dari pecunia, ut cœsset impidere, cur non etiam posset dari ipsi Sacerdoti, ut tollat impedimentum, quod ipse sibi per malitiam, & avaritiam suam posuit. Confirmatur secundò, licet Sacerdotem illum secundum Adrianum inducere minis, precibusque, cur non & pecunia? Confirmatur tandem, quia omnia bona temporalia concessa sunt homini ut juvent eum ad salutem consequendam; ergo si Sacramentum ad salutem mihi necessarium, non possum propter malitiam Ministri alteri obtinere, quam dando mea temporalia, nihil inordinatum committam. Et ita hanc sententiam docet Lessius lib. 2. cap. 33. dub. 7. num. 13. Igur in tali casu licet est offere pecuniam, non quidem tanquam premium Sacramenti proprii, sed tanquam medium allicendi animum alterius ad dandum Sacramentum. Unde ex dictis sequitur non solum pro Sup. hoc in infante, sed etiam pro adulto posse dari pecuniam tom. 5. tr. 7. ad allicendum animum Sacerdotis, si alioquin abs. Ref. 14. §. que Baptismo moriturus esset, quia illa necessitas ult. & in Rel. anno præf. sufficiens est ad tollendam irreverentiam, & non terita §. pecunia in casu infants, quia est justus metus damnationis. * Idem dicerem quando agitur de abolutione in extrema necessitate.

RESOL.

De Sacram.Baptism. Resol XXVIII. &c. 21

RESOL. XXVIII.

Uirion Parentes quamplurimum teneantur baptizare infantes?

Es explanatur, quomodo intelligendum sit illud quamplurimum. Ex p. 3. tract. 4. Ref. 8.

*Sup: contem. §. 1. C*ommuniter affirmativè respondent D.D. sed quomodo intelligendum sit illud quamplurimum, arbitrio prudentis viri committunt Rei & quæc. Henriquez lib. 2. c. 4. n. 3. Suarez in 3. part. tom. 3. via non plect. diff. 25. selt. 2. & alij, attentis circumstantiis, & cujusque Ecclesiæ confuetudine.

2. Sed Sotus in 4. sent. diff. 3. quest. unie. art. 3. Sed tamen in particulari descendens sic afferit. Cum puer statim baptizari jubetur, non intelligitur eadem nativitas die aut tertia, aut quarta, sed quando quæc. etiam commode potest in Ecclesiæ portari, & mergi, non plene in quod est octavo die, ut moris est, vel decimo, hoc cali aut duodecimo die. Ita Sotus qui loquitur absolute omnibus baptizandis, & ubi patrinus exceptaretur.

3. Non reticebo tamen in nostra Synodo Panormita celebrata anno 1615, ab Eminentissimo Cardinali ab Auria circa præsentem casum ita determinatum esse p. 2. cap. 1. num. 2. Natum infantem ij, quorum ea est cura, ante nonum diem ad suscipiendum in Ecclesiæ Baptismum deferant, quod si neglexerint, excommunicationis poenæ subjaceant. Ita Synodus.

RESOL. XXIX.

Quando infantes Christianorum sint baptizandi à parentibus, vel tutoribus?
Sed difficultas est, an confuetudo Ecclesiæ obligans sub mortali parentes ad baptizandum infantes, siue ubique? Ex p. 9. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 1.

*In hoc in §. 1. I*n mortis periculo aedes Praeceptum dividit. Num baptizandi infantes, certum est. Difficultas est extra periculum mortis. Et tunc etiam aedes tale Praeceptum docet Granado in 3. part. contr. 4. tract. 4. diff. 4. num. 4. cum Soto, & Valentia.

Quamvis 2. Probatur: quia adulti divino Praecepto tenentur baptizari, cum primùm commode possunt, ut hoc & Suarez ipse, & alij concedunt: ergo simile Praeceptum obligat ad baptizandos infantes, cum prius commode possint. Patet consequentia: quia, si attendamus Scripturam, & Ecclesiæ traditionem, non magis ex illis colligitur divinum Praeceptum statim baptizandi adulitos, quam infantes: si vero consideretur necessitas recipientium, multò major est in parvulis, qui per votum Baptismi non possunt obtinere salutem, quam in adultis, qui sine reali suscepione Baptismi iustificari, & salvati possunt. Ergo non minus, sed magis obligat lex divina ad pueros baptizandos: & cum illi non sint obligations capaces, Praeceptum hoc obligavit eos, quibus puerorum cura demandata est.

3. Confirmatur: quia eadem omnino ratio, quam probatum est, adultos obligari ad Baptismum statim recipiendum aliquo divino Praecepto, probat etiam, pueros esse baptizandos statim. Nec est, unde sufficienter colligatur, Ecclesiæ impossuisse Praeceptum baptizandi pueros, & non posse declarasse ipso usu, & consuetudine Ius

divinum, quod ex verbis Ioh. 3. sufficienter colligitur. Cum enim ex Christi Domini institutione Baptismus sit necessarius, non solum, ut quis gloriam consequatur; sed ut in hac vita justificetur, & pertineat ad Ecclesiæ, sufficienter infertur, non solum voluisse Christum Dominum obligare, ut recipiat in mortis articulo; sed etiam extra illum, quando primùm commode recipi potest: cum ergo Baptismus commode recipi possit in infantia, in illa tenebuntur parentes, vel tutors hac divina lege pueros baptizare.

4. Sed mihi magis placet opinio Suarez in 3. part. diff. 25. selt. 2. & aliorum. Dicendum est igitur, extra casum necessitatis nullum extare divinum Praeceptum, quod obliget ad baptizandos hos infantes filios Christianorum ante usum rationis. Neque enim Scriptura, vel traditione ostendit potest de hac re positivum Praeceptum; neque etiam est naturale, quod ex aliis principiis fidei necessarij sequatur. Dices: Ipsa quotidiana necessitas, & morale periculum, quod est in illa tenera aetate, videtur esse sufficiens causa, ut ex institutionis Baptismi orta sit haec obligatio. Respondetur, hanc quidem rationem ostendere, rem esse valde convenientem, non tamen simpliciter necessariam: quia illa necessitas non est tanta, ut ex illa orietur morale periculum moriendi sine Baptismo præcipue cum hoc Sacramentum possit tanta facilitate administrari, ut rarissime possit evenire casus, in quo moraliter ob acceleratam infantis mortem dari non possit.

5. Itaque existimo, Ecclesiastico jure necessarium esse baptizare hos infantes ante ultum rationis. De hac enim re non invenio Ius Canonicum, quod scriptum sit: tamen recepta Ecclesiæ confuetudo, sufficiens videtur ad hoc Ius introducendum: cuius indicium esse potest, quod si quis fidelium vellet contra hanc confuetudinem agere, magnum scandalum in aliis generaret, nisi evidens aliqua necessitas ad Baptismum differendum cogaret. Quocirca & Pastores Ecclesiæ tenentur adhibere curam, ut id parvuli maturè baptizentur, & parentes etiam tenentur eos ad Baptismum offere. Quod si ipsi negligentes sint, vel etiam si sint invititi, Pastores Ecclesiæ eos debent obligare, & coegeri, vel, si opus sit, etiam ipsis invititi filios baptizare: quia neque horum consensus est simpliter ad Baptismum necessarius, neque habent ius diffundendi filiorum Baptismum contra legem, seu consuetudinem Ecclesiæ.

6. Sed difficultas est, an talis consuetudo obligans sub culpa mortali, parentes ad baptizandum infantes, si ubique. Dubitat novissime Marcus Serra in 3. part. D. Thome, quest. 68. art. 3. ubi sic ait: [Quamvis de hac re nullum sit Ius canonicum scriptum; tamen recepta Ecclesiæ consuetudo, sufficiens videtur ad hoc Ius introducendum. An vero haec consuetudo sit totius Ecclesiæ, mihi non constat: sed, si verum est, quod fama sparsit, Ludovicum XIII. Gallia Regem morti proximum præcepisse baptizari Delphinum, filium suum successorem, qui tunc jam septem, vel octo annos compleverat; suspicor, in Gallia taliem consuetudinem non extare, propter quod dixi, ubi est consuetudo.] Ita ille. Verum ejus opinio mihi non placet: nam Doctores absolutè assertunt, consuetudinem obligatoriam baptizandi infantes aedes ubique: & falsum est, quod ipse assertit, talem consuetudinem non extare in Gallia. Et exemplum Ludovici XIII. est falsum, ut mihi fide digni testantur:

7: Restas

NITON.
OPERA
Tom. I & II
E III

Sup. hoc rē-
pōte in §. 1.
Ref. prae-
dicta à lin. 2.

7. Restat modò videre, ad complementum questionis, quanto tempore parentes possint differre Baptismum infantium. Granadus *ubi supra*, num. 2; ex Soto, Valentia, & Henriquez asserit, non licere usq[ue] ad duodecimum diem Baptismum differre sine peccato mortali, nisi urgeret aliqua gravis causa. Id, quod suadet confusione Ecclesiastica baptizandi octavo die; ultra quem dilatio dorum, vel trium dierum, non videtur gravis. Sed plus addit Castrus Palau *tom. 4. tract. 19. disp. unica, p[ro]m[on]t. 9. num. 4.* sic enim asserit: [Quæ autem sit diurna dilatio sufficiens ad peccatum mortale, arbitrio prudentis judicanda est; teste Suarez *disp. 25. scđt. 2. §. Sed quares: & Henriquez lib. 2. cap. 4. num. 3.* Credetem autem, seclusa gravi causa, ultra mensem unum, sed non duos: adhibita tamen speciali diligentia, ne parvulo periculum contingat decadendi sine Baptismo.] Ita ille. Vide Layman, *lib. 5. tractat. 2. cap. 6. quest. 4. num. 2.* cui adde, me citato, Leandrum de Sacram. *tom. 1. tractat. 2. disp. 1. quest. 14.*

g. 4. art. 3. concl. 3. ubi sic ait. Attritio sufficiens ad effectum Baptismi non est necesse, quod sit supernaturalis objective, sed sufficit qualiscumque penitentia imperfecta, quæ tamen absolute removet affectum ad peccatum, id est, faciat ut amplius non vigeat, qualis est illa penitentia, quæ est de ipsis peccatis in se; sub quacumque ratione quis illa detestetur, sive ea ratio sit quatenus sunt offensa Dei, sive ut habent reatum poena eterna, sive ut habent ignominiam, sive ob quemcumque alium ejusmodi respectum, que penitentia solet nominari attritio imperfecta. Sic Pitigianus, & ante illum Sotus & Cano, quos refert, & merito impugnat Joan. de la Cruz in direct. cons[ideratione] p. 2. de Baptismo, quest. 4. dub. 3. conclus. 2. Nugnus *ubi supra* *dub. 4.* & Cabrera cum aliis, quia attritio naturalis non est proportionata dispositio ad gratiam, quæ est forma spiritualis.

RESOL. XXXI.

An propter imminentem mortem liceat adulto differre susceptionem Baptismi, aut illam pretermittere; cum tamen aliquis posset vitam conservare, si Baptismum omittat?

Et cursum infertur, an adulto non sit medium necessarium ad salutem Baptismus in re susceptus, sed in votu sufficiat? Ex part. 5. tractat. 3. Resolut. 9.

RESOL. XXX.

An ad suscipiendum Baptismum sufficiat attritio cognita?
Idem dicendum est quoad Sacramentum Pœnitentiae?
Et an, ut attritio sufficiens sit ad Baptismum, sit necesse, quod sit supernaturalis objective, vel sufficiat qualiscumque pœnitentia imperfecta? Ex part. 3. tract. 4. Relolut. 13.

§. 1. Negativè respondet Adrianus in 4. de part. quest. 1. concl. 5. art. 3. Alexander de Ales, 4. part. quest. 18. membr. 2. art. 1. Medina Cod. de confess. quest. de confess. facta iteranda. Corduba in questionario lib. 1. q. 2. & Vega indicat lib. 13. in Concil. Trident. cap. 14. Ledesma 2. p. 4. q. 20. art. 1. Victoria in Sacr. num. 25. 8. & alijs, & septem rationes adducit Cabrera pro hac firmanda opinione.

2. Sed ipse merito illam impugnat de Sacram. 9. 69. art. 8. disp. 2. §. 5. & 10. & Villalobos in summa, tom. 1. tract. 5. diff. 19. num. 3. sic ait: [Sufficiente disposicion para este Sacramento es la atricion, y no le requiere contricion, assi lo tienen S. Thomas, Scoto, y es comun. El fundamento es, porque para el Sacramento de la penitencia no es necesario mas que esto, luego lo mismo se ha de decir aqui, donde se concede mas facilmente el perdón, y no es menester que esta atricion sea tenida por contricion, como tambien diremos en el Sacramento de la Penitencia. Esta atricion es necesario, que sea sobrenatural, porque de otra manera no sera verdadera disposicion para la gracia.] Ita ille, & ante illum docet etiam hanc sententiam Nugnus in 3. part. tom. 1. q. 69. art. 9. dub. 2. ubi contrariam improbabilem esse affirmat.

3. Dicendum est igitur, atritionem cognitam esse sufficientem dispositiōnem ad Sacramentum Baptismi, unde si quis videat se non habere contritionem, licet potest accedere ad hoc Sacramentum, & justificatur in illo, & idem dicendum est quoad Sacramentum Pœnitentiae.

4. Sed plus addit Pitigianus in 4. tom. 1. disp. 4.

§. 1. Veritatem, v:g. si quis minaretur mortem adulto, si baptizetur, cum tamen aliqui posset vitam conservare, si Baptismum omittat? In hoc eventu certum est in primis licet differre Baptismum propter vitandum ejusmodi periculum, si potest creditur ad futuram occasiōnem recipiendi hoc Sacramentum. Deinde licet certò sciretur postea non fore suscipiendum Baptismum, nemo, per se loquendo, obligetur illum recipere cum tanto vite periculo; quod quidem fecerit omnes Doctores sentire, affirmat Suarez disp. 31. scđt. 3. paulo post initium, probatur potest, quia adulto non est medium necessarium ad futurum Baptismus in re susceptus, sed in votu sufficiat, ut suprà dictum est; ergo cum aliunde amor vita maximus sit, & magna obligatio illum prudenter conservandi, non tenebitur adulitus subire manifestum vite discrimen, si Sacramentum recipiat, sed satis erit si eliciat contritionem, & poterit aternam adipisci salutem. Denique addo in predicto casu non teneri adulitum omittere Baptismum. Et quidem si ex Baptismi omissione proveniret grave incommodeum contra Catholicam Religionem, creareturque aliqua infamia Ecclesie, non solum posset, sed teneatur non omittere Baptismum, quia majoris momenti est honor fidei nostræ, quam vita unius, immo & plurimum hominum; propterque dicebam, per le loquendo, non teneri adulitum ad Baptismum cum vita discrimine, quia per accidens teneri posset, ut in predicto, & similibus casibus. Verumtamen licet nullum ejusmodi incommodeum ex omissione Baptismi provenire, non videtur homo teneri omittere hoc Sacramentum propter periculum mortis, si certò sciat non habitum postea copiam Baptismi. Probatur, quia hoc non est sibi ipsi mortem inferre, quod est intrinsecus malum, sed mortem ab alio infligi permittere, quod quidem sapienter licitum est, ut constat ex materia de homicidio, quando occurrit.

De Sacram. Baptismi. Resol. XXXII. 23

ruist graves causæ ejusmodi permissionis : in praesenti autem gravis causa occurreret, quia licet Baptismus in re suscepimus, non sit adulto omnino necessarius ad salutem, sed contritio possit ejus defectum in necessitate supplicare, adhuc tamen est multo facilius per ipsum Baptismum justificari, & sapè valde incertum an homo habeat contritionem, præterim quando de novo accedit ad fidem, & prius fuerat infidelis ; ergo ut in tanto negotio prospiciatur vita spirituali, & eligatur medium longè securius ad salutem, non erit illicitum contemnere vitam temporalem aliqui incertam. Et hæc omnia docet Jacobus Granado, de Sacrament.

contr. 4. tract. 4. disp. 2. num. 8.

RESOL. XXXII.

An adulti sufficienter instruci teneantur quamprimum suscipere Sacramentum Baptismi ?
Et quid est hujusmodi tempus ?
Et an, si ex incuria Parentum infantes non sint baptizati, & nolint in adulta aetate baptizari, possint ad id compelli ?
Et an, si Parentes non baptizarent infantem sursum, oecum, & mutum, sit baptizandus in adulta aetate ?
Et contra Caetanum non ponitur in dubium Constantium ante finem vite fuisse baptizatum.
Ex part. 9. tract. 6. Misc. 1. Refol. 2.

Filiuci, tom. 1. tract. 21 cap. 6. num. 131. Coninch, in 3. part. q. 68. art. 3. Leander de Sacrament. tom. 1. tract. 2. disp. 1. num. 12. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 31. sect. 1. Valentia tom. 4. q. 3. punt. 4. Henriquez, Granadus, Castrus Palauus & alij. Probatur; quia certum est, Præceptum baptismi obligare; ea autem obligatio, non solum restringenda est ad articulum mortis, cùm iam tunc finiat via spiritualis, & ad terminum perveniat ; Baptismus autem institutus sit, ut initium vita spiritualis, & janua Sacramentorum, quibus ad terminum celestis patria properamus : obligat ergo Præceptum hoc ante mortem, sed non est aliud tempus in vita, quo verisimilis sit obligare, quād cū primū commode recipi potest Sacramentum : ergo.

4. Confirmatur; quia adulterus tenetur credere, cū primū ei sufficienter proposita sunt mysteria fidei : ergo etiam tenetur recipere Baptismum, cū primū commode potest. Patet consequentia; quia, sicut fides statim obligat, quia est fundamentum vita spiritualis ; ita etiam obligat baptismus, qui est janua Ecclesie, & necessario prærequisitus ad recipienda alia sacramenta ; & ut homo sit participes orationum Ecclesie, gubernari que possit à Pastoribus qui curant Dominicum Grem, & erga non baptizatos non habent jurisdictionem.

5. Nec obstant rationes dubitandi : nam, licet in Scriptura, & Patribus non determinetur tempus, sufficienter illud colligitur ex ipsa rei natura, supposita necessitate baptismi : & quamvis sit affirmativum Præceptum, adhuc potest obligare statim, si non adiunt rationes peculiares, ob quas differri oporteat : sic enim obligat statim Præceptum recipiē fidei sufficienter propositam : & tamen est affirmativum. Satis ergo est ad rationem Præcepti affirmativi, si non obliget quoad omnes circumstantias ; sed aliqua occurere possint, ratione quantum licet differre executionem : & ita res fe haberet in præcepto baptismi : propterē enim addidimus in assertione, obligare præceptum Baptismi, cū primū commode recipi potest, occurrit enim aliqua circumstantia, ob quas desit ista commoditas, ac proinde ceſset obligatio ; & idē exculaudi sunt Sanctus Ambrosius, & Sanctus Martinus, qui baptismum non statim receperunt.

6. Nec supradictis obstat exemplum Constantini Magni, qui in ultimo vite fuit baptizatus; Unde Caetanus in 3. part. q. 69. art. 8. sic ait: [Adverte, D. Thomam recitative loqui de lepra Constantini : dico autem hoc, quia nullius auctoritate constat, Constantium mundatum à lepta in Baptismo: tum, quia gesta Sylvestri (ex quibus hoc videtur haberi) incertum habent Auctorem, ut patet in cap. Sancta Romana diff. 15. tum, quia nullus, five Christianus, sine Gentilis, Historicus invenitur hoc scriptissime, ut testatur Platina in Vita Marci Papæ: tum præcipue, quia Ambroſij auctoritas obstat, dum in oratione de obitu Theodosij exp̄s̄ dicit, Constantium in ultimis confitutum baptizatum fuisse: quod longè distat ab hoc, scilicet, quod in principio sue conversionis fuerit baptizatus. Et propterē narratio de lepra Constantini non est assertivē probanda.] Ita Caetanus.

7. Sed merito adversus illum insurgit novissime Pater Lessius in 3. part. q. 68. art. 5. num. 5. Itaque dicendum est contra Caetanum, falsum esse, Constantium sub finem vite Nicomedie baptizatum : constat enim, illum initio conversionis baptizatum Romæ à Sylvestro. Patet hoc ex Concil. Romano,

NITON.
OPERA
POM. I & II
E III

sp. in t. 3. §. 1. **A**D hanc quæſtionem Serra in 3. part. D. Thomas, q. 68. art. 3. putat, adulitus non baptizatus etiam sufficienter instruētis, & idoneis nī periculum mortis imminet, non esse jure divino determinatum tempus, ultra quod, si Baptismum differat, peccent mortaliter: teneri tamen sub mortali baptismo non differre usque ad mortem, & ante illam non differre illum per multum tempus voluntariè, & absque sufficienti ratione. Primam partem docet D. Thomas, in 4. diff. 17. q. 3. art. 1. quæſtione. 4. ubi sic habet: [Ad Baptismum percipiendū non tenetur aliquis statim, postquam habet propositum Baptismi, ita quod peccet mortaliter, nisi statim baptizetur: nec est aliquod tempus determinatum, ultra quod, si Baptismum differat, peccatum mortale incurrat, &c.] Si periculum mortis imminet, etiam per se loquendo, obligari aliquis ad baptismum sufficiendum.

2. Secundo probatur: nam, quod est hujusmodi tempus? Si dicas esse primam opportunitatem, & occasionem, qua possunt commode Baptismum recipere: contra hoc est, quod loco proximè citato, ait: D. Thomas: Præcepta affirmativa non obligant ad statim, sed ad tempus determinatum, non quidem ex hoc, quod tunè commode impleri possunt, quia sic si non daret aliquis elemosynam de superfluo, quandocumque pauper offertur, peccaret mortaliter, quod fallum est: sed ex hoc quod tempus necessitatē urgentem adducit. Ergo, cū Præceptum suscipiendo baptismum sit affirmativum, non obligat, quamprimum commode recipi potest, (sic ut nec Præceptum divinum Confessionis Sacramentalis, de quo ibi agit D. Thomas, obligat statim oblatā opportunitate,) sed quando tempus necessitatē urgentem adducit.

3. Verum ego existimo, adultum teneri divino Præcepto recipere baptismum, cū commode potest: & ita docet Hurtadus, disp. 1. diff. 16.

Romano, quod habitum fuit sub ipso Sylvestro cap. 1. & ex Damaso in *Vita Sylvestri*: ex Adriano I. in epist. ad Constantium, & iuren. que approbatur in 7. Synodo Ad. 1. ex Nicolao Papa in epist. ad Michaelem Imperatorem, paulo ante medium, ubi Sylvestrum, Constantini Magni Baptizatorem appellat. Denique ex Nicophoro lib. 7. Histor. c. 35. ubi refutat sententiam contrariaam, cāmque cōfetā aīt à Gracis Arrianis, scilicet Eusebio Cæsariensi, ut sic oblique persuaderent, Constantium Arrianum fuisse: nam Eusebius ita Nicomedensis, à quo tunc baptizatum dicunt, tunc Arrianorum erat. Et probat Nicophorus: quia multe ante Constantinus Concilio Niceno interfuerat, & cum reliquis Patribus mysteriorum nostra Religionis particeps fuerat, quā Catechumeni non possunt percipere.

8. Unde non deferam hīc ad labefactandam penitus opinionem Caetani, adducere verba Guillelmi Merceri, Professoris Lovaniensis, de Sacram. quæst. 68. art. 3. num. 4. qui responderet ad autoritatem D. Ambrosij à Caetano adductam, sic itaque asserit: [Quod additum de Constantino, bene refellitur a Baronio tom. 3. an. 324. n. 200. & seqq. ut] figuramentum Eusebij Cæsariensis (quem Arrianorum Signiferum vocat S. Hieron. in Chron.) dicentis, eum in fine vita baptizatum ab Eusebio Nicomedensi, similiter Arriano, idque scribit, ne videretur, Constantium Arrianum, ut desertorem paternæ religionis, arguere. Nam & Graecorum Ecclesia predicit eum Sanctum Imperatorem, & Apostolis proximum: Romana similiter, solita recitat ejus nomen in Martyrologio, teste Nicolao Papa, Epistola ad Michaelem Imperatorem, & Concil. Chalcedonens. Martiano Imper. religiosissime acclamat, honoris causa, ut novo Constantino. Imò ipsemus Eusebius lib. 4. Vita ejus, cap. 22. & 57. narrat, eum interfuisse sacris Mysteriis tempore Pachali, quibus Catechumenos interdixerat Synodus Neocæsarien. cap. 5. & more Episcoporum seddis in Concil. Niceno anno 325. & orationem habuisse, qua profitebatur, se esse Christianum, & baptizatum. Favendi ergo hic sunt Theod. & Sozomenus sequenti Eusebium, & eis opponendus Niceph. lib. 7. cap. 35. probans, ipsum baptizatum esse a S. Sylvestro; imo & hodie visitur Roma Baptisterium Constantini. Quod ergo S. Ambrosius oratione in obitu Theodosii, dicit, Baptismi gratiam, Constantinus in ultimis constituto, omnia peccata dimisisse; non est intelligendum de ultimo vita tempore; sed de lepra, quam curare Medici desperabant, judicantes eum esse propterea in fine vita. Nam idem S. Ambrosius dicit, eum fuisse magni meriti: ergo non putant decepsisse baptismum ab Arrianis. Rursum, quod in Chronicō S. Hieron. Dicitur, Constantium in extremo vita tempore ab Eusebio Nicomedensi baptizatum, declinasse in Arrianum dogma, est appositorum ab alio. Nam scribens contra Vigilantium spernentem Reliquias, infert pro absurdio: Ergo sacrilegus fuit Constantinus Imper. qui sanctas Reliquias Andrea, Iudea, & Timotei, transfluit Constantinopolim. Verè autem sacrilegus esset, si ab Ecclesia defecisset. Tertiū, simile de Baptismo in fine vita legitur in Concil. Ariminensi: sed corrigendum est, ut pro nomine Constantini, legatur, Constantis, qui mox à Baptismo est occisus per Magentium, teste S. Athan. lib. de Synodis, & in Apologia, vocante Constantem Martylem, contra Socr. lib. 2. cap. 29, vel legendum est, Constanti, qui in fine vita, & ab Euzolo baptizatus est, teste Ba-

ron. ann. 361.] Hucusque Mercerus. Non debet itaque Caetanus rem hanc in dubium adducere. Unde ex his reprobandus etiam venit Nungus in 3. part. tom. 1. q. 68. art. 3. ubi docet, Constantium baptizatum fuisse circa finem vite. Dicendum est itaque contra Caetanum, D. Thomam non esse loquuntur recitativē, sed assertivē.

9. Sed pro coronide hujus questionis apponam hic pro curiosis duo dubiola. Primum, an si parentes non baptizarent infantem surdum, caecum, & mutum, sit baptizandus in adulta aetate? Respondeo cum Ochagavia de Sacram. tract. unico, de Baptismo, q. 18. num. 5. quod si de voluntate supradictorum non constat, quia à natura his sensibus carent, minimè possunt baptizari: tunc, quia, cum sint capaces consensus, & dispensus, debet corum voluntas expectari: tunc, quia possunt habere aliquem obicem respectu gratia sacramentalis, de quo, nisi per verba, aut alia signa Catechumeni, constare nobis minimè potest. Hic autem si legem naturalem servaret, interior à Deo illuminaretur ad concipiendam contritionem, quia justificaretur.

10. Secundum dubium est, an, si ex incuria parentum, infants non sint baptizati, si nolint in adulta aetate baptizari, possint ad id compelli? Respondeo, quod Sotus in 4. disp. 5. q. unica, art. 9. tales ab Ecclesia in aetate adulta ad Baptismum posse compelli, etiam sub ignis supplicio: sicuti qui in infancia baptizati fuerunt, possunt compelli ad servandam Catholicam Religionem. Veritatem Henrique lib. 2. cap. 25. q. 6. docet, usum Ecclesie hoc non habere; nec expedire, ne Ecclesia adulterum reluctantem, qui nunquam se ut Christianum gesit, duris peccatis compellat; quia, licet ratione parentum pertineat ad eandem Rempublicam civilem in spiritualibus tamen est adhuc inter eos, qui fortes sunt extra ovile Ecclesie, & sine charactere. Unde & Suarez dicit, nec esse, nec unquam fuisse præceptum Ecclesia respectu adulorum, sive non baptizatorum. Pro qua allegat Concil. Trident. quod sess. 1. 4. dicit, Ecclesiam in neminem iudicium exercere, quia non in ipsam per Baptismi januam fuerit ingressus. Dixi, qui nunquam se pro Christiano gesit: quia, qui Christianus fuit habitus, & cum aliis in Sacramentis Ecclesie participavit, compelli potest; atque adeo sapienter etiam compelli solet ab Ecclesia, ut loco citato, nota Rodriguez, ab Baptismum, etiam sub pena mortis. Et ad hujusmodi forsitan adulterum respexit Soto, quamvis generaliter loquatur. Et haec omnia docet etiam Joannes Viggiers in 3. part. D. Thome, q. 68. art. 3. num. 21.

RESOL. XXXIII.

An tempore mortis sit premittenda instruclio Infidelibus baptizandi? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 20.

§. 1. Respondeo supradictos deberem instrui, & probari per aliquot menses ante Baptismum, ut dicitur de conf. d. 4. cap. ante Baptismum, & seqq. si tamen urgeat necessitas obfitionis, vel naufragij, vel similis periculi mortis, tunc exposita fide, utcumque si petens Baptismum assentatur, est baptizandus, & ita docet Zambranus de Sacram. Baptism. c. 1. dnb. 1. 4. ubi citat Toletum, quibus ego addo Sancium in select. disp. 44. n. 41.

RESOL.

De Sacram. Baptismi. Ref. XXXIV. &c. 25

RESOL. XXXIV.

An si unius testis etiam Paganus dicat moribundum postulasse Baptismum, iste sit baptizandus? Et ex doctrina predicta questionis deducitur idem dicendum, eft in dicto casu de postulante Eucharistiam, & confessionem. Ex part. 5. tractat. 3. Refolut. 21.

§. 1. R Epondet affirmativè cum Joanne Sanchio in selectis dispt. 54. n. 39. ubi sic ait, Baptizandus est adultus, etiam si unius testis assertio rebus Baptismum postulasse confiteret, quod docet n. 5. Zambran. de Baptismo. 1. quamvis etiam sit infidelis, si testis ille eo modo, quo diximus dispt. 34. n. 8. ministrandum fore Eucharistiam publico peccatorum in extremis degenti, licet signa Penitentia solùm coram unico teste praestiterit, & sicut afferimus adesse obligationem absolvendi illum, qui signa doloris ostendere non potest, unico tantum teste testimonium ferente ea manifestasse, est enim pars ratio in utroque casu, imò major in baptizando, nam in baptismō actus sufficiens illum non sumt materia sacramenti, sicut in confessione. Unde aequius dubitari posset, an valeat impendi abolitio penitenti nulla signa doloris ostendenti, quantumvis testis affirmit illa tradidisse, quam dubitari queat, an baptizari possit, qui baptismum de praesenti non petat, dum auctis testibus affirmans illud petivisse. Quapropter omnes Doctores affirmantes posse Penitentem absolviri, testificante alio signa doloris manifestasse, tenentur fateri posse adultum baptizari, teste affirmantibus de baptismū ab illo postulatum fuisse. Confirmandi. mantu supradicta ex his, qua ego adduxi in 3. p. tractat. 3. refolut. 5. Reginaldus in praxi tom. 1. lib. 3. cap. 3. n. 8.

RESOL. XXXV.

An si testis dubitet, an adultus moribundus petierit Baptismum, sit adhuc baptizandus saltem sub conditione?

Præterea si post petitionem Baptismi, se jam nolle illum dicat adultus, dubitetur tamen à Medicis, ag ex phrenesia leſione rennat baptizari, an in dicto casu saltem sub conditione sit baptizandus?

Hem si dubitetur de veritate testis, an verum dicat, an non de postulato Baptismo; aut si audiētes non recordentur satis, an testis afferuerit expostulatum esse Baptismum, vel non; nec compareat testis, an sub conditione erit ministrandum Baptismus?

Et desinatur, an ut adultus baptizetur, opus sit explicitè credere in Trinitatis mysterium, & Incarnationis?

Et afferitur, quod si in dubio sit conjectura, ut moribundus petierit Baptismum, baptizandus est sub conditione;

Et quid, si dubitetur, sitne mortuus adultus, vel non, an baptizandus erit? Ex part. 5. tractat. 3. Refolut. 22.

§. 1. R Epondet affirmativè Joannes Sancius in selectis dispt. 44. num. 40; ubi sic ait: Et si dubitetur, sitne mortuus adultus, vel non, baptizandus erit, ex cap. de quibus, de Baptismo. Et

hinc oritur instruētio baptizandi sub conditione ex quocumque capite oriatur dubitatio, cùm ratione dubij lícitè ſiant, quæ alias non ſierent, ut notat gloss. ibid. Imò eti⁹ testis dubitet, petierit, neene adultus baptismum, sub conditione baptizandū fore judicamus, cùm undeque ora-
tur ambiguitas opposita conditione fit vincenda. Præterea si post petitionem baptismi se jam nolle illum dicat adultus, dubitetur tamen praesertim à Medicis ex phrenesia leſione, an renuat baptizari, sub conditione baptizandus est, ut docet Henr. quez, lib. 2. cap. 24. num. 4. Item si dubitetur de veritate testis, an verum dicat, vel non de expofulato baptismō, sub conditione erit baptizandus, aut si audiētes non recordentur satis, an testis afferuerit expostulatum esse, vel minus baptismum, nec compareat testis, a quo ſcīscitetur, sub conditione erit ministrandum.

2. Nec obstat si dicas adultum illum non valentem per se ipsum baptismum petere baptizari non debet, quia ut baptizaretur opus erat explicitè credere in Trinitatis mysterium, & Incarnationis, ut docet Sanch. in summ. lib. 2. cap. 3. num. 24. Villalobos tom. 2. tr. 1. difſ. 4. n. 1. eo quod in illa mysteria credere fit necessarium medium ad salutem. Non, inquam, obstat hoc, quia ſunt aliqui non requirentes explicitam fidem illorum mysteriorum, ut medium necessarium, ut docet idem Villalobos tom. 2. summ. tract. 1. difſ. 3. num. 7. alios adducens. Tum quia esto necessaria effet explicita fides, non incumbit baptizanti in articulo mortis de illa rogare, quando infirmus responderet non potest, & praefumi debet explicitè actum credendi in mysteriis Trinitatis & Incarnationis habuisse adultum, cùm avide baptismum postulasset. Et cùm opinionum varietas versetur, an ſufficiat implicita, vel explicita fides, sub conditione ſaltem baptizari debere non dubito, & conſtat manifeste in Christum implicitè credere, qui ipſi incorporari per baptismum exoptat. Huc uſque Sancius loc. cir. cui addet Henr. quez lib. 1. cap. 24. num. 4. ubi afferit, quod si in dubio fit conjectura, ut moribundus petierit Baptismum, baptizandus sit sub conditione.

RESOL. XXXVI.

An moribundus, qui postulavit Baptismum, si in amentiam, vel letiburgiam poſtea incidit, sit adhuc baptizandus, licet in furia reſiſtat?

Et an poſſit legari, ut ſic baptizari valeat? Ex p. 5. tractat. 3. Refol. 23.

§. 1. A Ffirmativè respondeo cum Zambrano de Sacram. baptismi, dab. 8. c. 1. n. 2. ubi ſic ait: Furiosi, amentes & privati uſu rationis prius illum habuerunt, & ſignificaverunt voluntatem baptifimi, ſunt baptizandi in periculo mortis, credendo eam voluntatem perseverasse, quando de contraria non conſtat: habent c. magiores, de Baptismo. ſine. Sic ille: & post illum Sancius in selectis dispt. 44. n. 42. ſuar. in 3. p. tom. 3. difſ. 24. ſect. 1. concl. 2. Henr. quez lib. 2. c. 24. num. 4. ubi ſic ait: nec in qui addit ſupradictum effe baptizandum, licet in to. 2. tr. 6. ex furia reſiſtat. Unde docet Sancius n. 42. poſſe ligari, ut ſi baptizari valeat. Vnde etiam circa praefitem questionem Ludovicum Marat, tom. 3. tr. 2. medium, de Sacram. Baptismo. difſ. 6. ſect. 4.

RESOL.

RESOL. XXXVII.

An sit validus Baptismus collatus dormienti, qui illum perierat ante somnum?

Idem est dicendum de amente, qui ante amentiam, & de furioso, qui dum haberet dilucida intervalla, petierunt Baptismum, etiam postea dum baptizantur, resistere videantur.

Et discutitur, an Minister, qui ante somnum habuit voluntatem baptizandi aliquem, si illum dormiens baptizet, conficiat Sacramentum? Ex p. 3. tr. 4. Refol. 12.

S. 1. *R*espondeo affirmativè, & ita determinat Innocent. III. in cap. majores de Baptismo, & sumitur ex Concil. Carthag. III. can. 34. & Araufic. I. can. 12. quia voluntas, & propositum precedens sufficit, ut illa suscepit Baptismi centaur voluntaria, & ut censeatur non ponere obicem, & idem, ut ex pluribus notavit Barbofa in

*Sup. hoc a-
mēte in
Ref. prae-
rita, & in
alii ejus
not.*

3. part. q. 68. art. 7. dicendum est de amente, qui ante dementiam, & de furioso, qui dum haberet dilucida intervalla, petierunt Baptismum, etiam si postea dum baptizantur, resistere videantur, nam illa resistencia non repugnat intentioni antea elicite, cum ipsa resistencia, qua tunc temporis contingit, non sit actus humanus. Sed dices, minister, qui ante somnum habuit voluntatem illum baptizandi, si illum dormiens baptizet, non conficeret sacramentum; ergo neque similis voluntas sufficiet ex parte baptizati.

2. Respondeat Cabrera de Sacram. in 3.p. q. 68. art. 7. quod aliqui Theologi probabiliter dicunt in tali casu verum confici sacramentum, sufficeréque virtualem voluntatem ministri, prælertim si illa actio, quam dormiens exequitur, ortum habeat ex efficaci voluntate conferendi baptismum, quam in vigilia habuit. Hæc solutio procul dubio est probabilis, nec poterit facile falsitatis convinci, quoniam illa actio que fit à dormiente, videtur voluntaria virtualiter in sua causa, nempè in voluntate habita in vigilia. Quare in tali casu puto baptismum exercendum esse sub conditione. Ita Cabrera; sed ego puto maiorem voluntatem, & intentionem requiri in Ministro ad baptismum, quam in suscipiente; & ita est dispar ratio inter utrumque casum.

RESOL. XXXVIII.

An mutus & surdus; si in terris Infidelium se misceat cum aliis ad suscipiendum Baptismum, sit baptizandus? Ex p. 5. tr. 6. Refol. 1.

S. 1. *H*ic casus olim torst Doctorum ingenia, & de illo agit Lopez in *Infr. conscient.* part. 1. cap. 12. ubi sic aferit: Et adhuc paululum pergitum immorari in haec scitu digna questione ab hac non abhorrenti materia, scilicet qui natus est surdus & mutus inter infideles, qui nunc convertuntur in Indianum novo Orbe, qui jam adulatus evasit, si baptismum petat, quia alios videt baptizari, an sit ei conferendus? Et quidem non tam patens est quæstio ut statim succurrat mente, quid sit dicendum. Nam aliqui Thomistæ, quibus ad manus casus hic evenit, in regionibus Indianum non aucti sunt tali conferre baptismum.

nam pro parte negativa hæc rationes urgere videntur. Prima; quia cum in adultis ad baptismum requiratur dispositio fidei absolute, & contritionis, aut attritionis, si baptizandus mortalis peccati est conscius, ite quia mutus & surdus à nativitate fuit; unde iuxta preceptum Domini, *Ite, docete omnes gentes baptizantes eos*, edoceri non potuit ut baptizaretur, fide explicita, & implicata videtur carere, est ergo indispositus. Item demus quod possibile & verisimile est furatum fuisse, cum uxore aliena coiffe, qua acta mala esse etiam nemine docente exterius, lumen naturale, quod signatum est super nos, ei dictat. Quorum peccatorum contritione, aut dolore videtur carere, quia de necessitate doloris ad baptismum necessarij edoceri nequit: ergo ne indisposito, & in peccato complacenti derur baptismus, non est ad baptismum recipiendus, ne sacrilega sit receptio.

2. Sed in contrarium hæc quoque premunt rationes. Prima, quia non est in via aliquis relinquentis, dum viator est extra statum salutis. Negare autem huic pertinet baptismus, videtur illum tanquam sine spe remedij relinqueret: ergo. Item præsumendum est talem surdum à nativitate, & elinguem, si cum signis petit baptismum à Deo, de quo Divus Joannes ait, quod illuminat hominem venientem in mundum, fuisse illuminatum de fide supernali saltet implicita, & de dolore necessario, quia Deus non deficit in necessariis: ergo est baptizandus. Et confirmatur ex Diuo Augustino, ubi Catechumenos retinentes adulterina confortia, si desperati, & intrase penitentes jacuerint, neque pro se responderet potuerint, quia amiserunt ultimam lingua, alio modo baptizandos, inquit, hujusmodi puto: ergo simili ratione hujusmodi mutos & surdos à nativitate, si signa contritionis, tundendo peccatus, vel aliter offendenter, baptizandos esse censeret. Sed quia rationes hæc pro parte affirmativa solutiones planas habent, & quia rationes pro parte negativa urgentiores sunt, si quis velit hujusmodi baptizare surdum & elinguem, me authore non faciet, sed expectabit judicium saltem Episcopi, qui cum doctis sibi adjunctis personis investigare curet, an talis ex vivacitate judicet, ex inspiratione Dei, vel exterioribus Religionis Christiana exercitis, & sacramentis a se visis dari, apprehenderit pro salute animæ talia suscipi remedia, divinâque essi, & ab uno Deo cœli, & terra instituta, si hæc signis exterioribus se intelligere significaverit, simâque fidem de Deo se habere, dolorâque de peccatis. Tunc his præhabitus si baptizaretur, non damnare ausim, alias affirmati vel relinquens, negativam citius complecteter. Huc usque Lopez.

3. Sed si Episcopus longè distaret, ego puto in tali casu posse Parochum cum aliis doctis dictum mutum & surdum examinare, illúmque baptizare; & ita docet Episcopus Mosedo in *summam tractat. 2. cap. 5. mun. 7.* ubi sic ait. [En el caso del Padre Lopez del foro y mudo infiel, que veniese adonde los Christianos se eftan bautizando (como acuedio en las Indias) y por señas pidiese el Bautismo, tengo por acertado se figura su parecer, que es, que se consulte al Obispo o Prelado para que se examine con su autoridad, si el mudo llega bien dispuesto para recibir el Sacramento del Bautismo y su efecto, y se bautize. Verdad es que si el Cura sabe bien lo que hace, y puede examinar por señas al mudo por su persona]

De Sacram. Baptismi. Ref. XXXIX.&c. 27

persona y con acuerdo de algunos hombres doctos, particularmente siendo difficultoso acudir al Obispo, pues no se acude a él por tener jurisdiccion, si no solo por el examen. Tambien es verdad asentada que si sin examen le bautizasse, aunque seria pecado mortal, quedaría verdaderamente bautizado.] Ita ille, & ego.

RESOL. XXXIX.

An in naufragio, vel alio casu ob periculum mortis possit quis plures baptizare?
Et an, si quis ita plures baptizavit in statu peccati mortalis, committat tot peccata mortalia, vel unum tantum?
Et an, qui ita plures baptizat extra casum necessitatis, non peccet mortaliter, secluso scandalo. Ex part. 5. tract. 3. Ref. 27.

§. 1. R Espondeo affirmativè cum D. Thom. in ma doctrina Refol. 3. p. 9.66. art. 5. ad. 4. quia in tali casu nihil deficit ad valorem sacramenti; & extreme illisq. & necessitas facit, quod talis modus baptizandi sit iustus et licitus. Et ita hanc sententiam docet Coninch. de tract. 3. Sacr. q. 67. art. 6. dub. 2. n. 51. Ubi sic ait: Urgente gravi necessitate, ut quando imminenter subito multis mortis periculis, licet hoc modo plures baptizantur; est communis Doctorum. Ratio est, quia cum Baptismus possit validè ita conferri, nulla fit ei irreverentia, si in tanta necessitate contra consuetudinem ritum conferatur. Ita ille, licet Sotus in 4. dict. 4. q. 4. art. 4. §. secundo sequitur, etiam extra casum necessitatis existinet plures baptizantes non peccate mortaliter, si extra scandalum fiat, sed hanc sententiam refellit Coninch. ubi supra, & Hurtadus de Sacram. Baptismi, dict. 2. dict. 7. q. 1. in ubi etiam docet ex communis Doctorum sententia, dict. q. 4. in tali casu adesse plures Baptismos, & plura Sacramenta, quia sunt plures ablutiones formaliter & expresse, & sunt plures forme, quamvis non formaliter & expresse, sed aequivalenter, quia, Ego vos baptizo, aequivalet his, Ego te baptizo, & Ego te baptizo, aequivalet illis, Ego vos baptizo, quia illis verbis, Ego vos baptizo, vere significantur omnes ablutiones quibus Minister sub his verbis baptizat, quod sufficit, ut ex dicta forma, que aequivalenter est plures, & ex dictis pluribus ablutionibus plures sunt Baptismi, & plura sacramenta.

*2. * Sed in hoc casu si esset vera sententia Valquez, & aliorum assentientium etiam laicos ministritantes in periculo mortis baptismum in peccato mortali, peccare mortaliter; si, inquam, vera esset haec sententia, posset quis querere, * an si quis plures baptizaret in statu peccati mortalis, & committeret tot peccata; nam, ut dictum est, in tali casu sunt plures baptismi, & plura sacramenta. Verum, salvo meliori iudicio, etiam in sententia Valquez, puto in tali casu non adesse nisi unum peccatum mortale, quia illa plura sacramenta conferuntur per modum unius.*

RESOL. XL.

An unus possit plures baptizare absque necessitate sine peccato mortali?
Et notandum, quod in tali casu non unum, sed plures.

Tom. J.

ra Sacramenta conficerentur.
Et an ita baptizans, si esset in peccato mortali, committat tot peccata, quot personas baptizavit?

Et advertitur, quod si sit aliquod monstrum, puta, si nascitur homo cum duobus capitibus, atque duobus doris, ita ut certum sit esse distinctas personas, & distinctis animabus constare, singulas eorum baptizandas esse cum forma illa, Ego te baptizo, &c.

Sed adverte etiam, obscuro, quid faciendum sit, si certò deprebendi nequeat, esse duas personas, & duas animabus informari? Ex p. 9. tract. 6. & Mise. I. Ref. 29. alias 30.

§. 1. R Espondeo, te posse simul plures baptizare, si plures abluas, & formam omnes comprehendentem proferas, sicuti si plures abstulerendo, dices, Ego te baptizo; quia ablutione non est unica, sed multiplex, iuxta multiplicitudinem subjectorum, qui abluantur: forma vero, alio, videatur physicè una, mortaliter multiplex est, quia eundem sensum præstat ea forma: Ego vos baptizo, alterius super plures prolati, & si super singulos dices, Ego te baptizo. Et ita docet D. Thom. in 3. p. 9.66. art. 5. ad 4. & ibi Araujo, Serra, & alij ejus scholæ, Alexander de Ales 4. p. 9.8. mem. 6. artic. 7. & Palud. in 4. dict. 3. q. 2. n. 4.

2. Sed difficultas est, an ita baptizare sine necessitate, si peccatum mortale. Et negativam sententiam docet Sotus in 4. dict. 4. q. 4. art. 4. §. Secundo arguitur. Solum enim conferit in tali casu veniam peccatum adesse, si secreto, & circa scandala fieri.

3. Sed ego puto, in tali casu sic baptizantem peccare mortaliter, quod docuit Scot. in 4. dict. 6. q. 2. §. Respondens, & Gabriel q. 1. art. 2. conclus. 7. quos citat, & sequitur Pater Valdq. in 3. p. 10. m. 3. dict. 14. 8. c. 7. n. 50. quia administrare sacramentum contra usum & modum consuetum, secundum se materia gravis est, nec levis judicari debet. Et ita hanc sententiam tenet etiam Coninch. de Sacram. quaq. 67. art. 6. dub. 2.

4. Notandum est tamen hic obiter quod in tali casu, non unum sacramentum, sed plura conficerentur, ut optimè probat Coninch. loc. cit. conclus. 3. & Vasquez num. 51. nam, licet in predicto casu etiam non sint diversa verba, & orationes; sed una tantum super omnes baptizatos proficerat: ea tamen vim habet diversarum formarum; non, quia in ea expresse sunt plures significaciones, (ut quidam dixerunt, quorum sententiam refellit Paludanus dict. 3. quast. 2. num. 10. (Sed, quia illa una significatio ad plures referatur, & hac ratione plurimum rationem habet, & singulis integrè accommodari potest; siquidem pluribus formis aequivalent: & hoc satis est, ut plura Sacramenta constitue posse.

5. Sed, an ita baptizans, si esset in peccato mortali, committeret tot peccata, quot personas baptizavit? Respondeo, committere unum solum peccatum: nam, licet diversa ministravit sacramenta, sententur verè ministrata per modum unius, atque idem in genere moris non plura, sed unum constituent peccatum.

6. Notandum etiam Marfil. in 4. q. 4. art. 4. dub. 1. 8. Gabriel d. 6. q. 1. art. 3. dub. 5. & Scot. q. 2. §. De quarto membro: quod si sit aliquod monstrum, puta, si nascatur homo cum duobus capitibus, atque duobus doris, ita ut certum sit, esse distinctas personas, & distinctis animabus constare, singulas illas.

Q. a. sum

rum scorsim baptizandas esse cum forma illa, *Ego te baptizo*, &c. Si autem certò deprehendi nequeat esse duas personas, & duabus animabus informari, tunc absolutè baptizandas esse partes illas, quæ videntur præcipue ad unam animam pertinere; reliquias verò, de quibus dubitatur, an habeant aliam animam, sub conditione baptizandas esse eadem forma verborum, non autem absolutè propter periculum iterandi Baptismum. Unde Valq. ubi *suprà*.

RESOL. XLI.

An possint plures eundem hominem baptizare tanquam causæ partiales, quorum singuli applicent materiam, & preferant formam?

Et an hoc modo baptizatus, ut minimum sub condicione effet demo baptizandus?

*Et notatur, quod si plures aliquem baptizarent, seu abluerent, & quilibet eorum diceret, *Ego te baptizo*, quamvis hoc illicitè agerent, & puniri essent, qui prius tamen verba proficeret, verum Baptismi Sacramentum conficeret.*

Et quid, si omnino simul verba preferrent, & abluerent, etiam si unus unam partem baptizati abluat; elius aliam, &c. an plures Baptismi, & pluram sunt Sacramenta, vel tantum unum? Ex p. 9. tr. 6. & Misc. 1. Resol. 30. alias 31.

§. 1. **A**ffirmativè respondent Durandus in 4. distinc. 3. quest. 3. mon. 16. Paludanus ibidem, quest. 2. art. 1. Cajetanus in 3. part. ubi infra. Et hanc sententiam, speculativè loquendo, non videri improbatum putavimus. Propositum in 3. part. quest. 67. art. 6. dub. 2. mon. 11. & absolute docet Valentia quest. 2. punct. 2. quia plures possunt simul baptizare, si simul abluant, & preferant verba, *Ego te baptizo*: sed idem significant illa verba, *Nos te baptizamus*: ac si singuli dicerent: *Ego te baptizo*, &c. ergo validus erit Baptismus sub illa forma. Secundo, quia cum plures Iudices sententiam ferunt, perinde est, si nomine omnium dicatur, *Nos judicamus*, ac si singuli dicerent, *Ego judico*: similiter cum idem poterat ducere simili plures uxores, validum esset Matrimonium, si simul omnes dicerent: *Accipimus te in coniugem*: cum ergo ex dictis certum sit, posse à pluribus eundem baptizari, ratum erit Sacramentum, si nomine omnium dicatur: *Nos te baptizamus*.

§. 2. Sed negativam sententiam docet D. Thomas in dict. art. 6. & omnes ejus Expofitores. Et idem hoc modo baptizatum, ut minimum sub condicione esse denud baptizandum, dicendum est. Et ratio communis opinionis est, & peti debet ex institutione Christi, quæ potissimum inde probatur, quod Ecclesia semper intellexerit hoc sacramentum ita à Christo institutum fuisse, ut ab uno, & eodem deberent forma, & verba prænunciari, & baptizandus abli. Colligitur in primis ex perpetuo ejus tali usu: haec enim nūquam in praxi habuit, quod aliter quam ab uno baptismus totas administraretur. Secundè, idem colligitur ex unanimi sententia Doctorum, qui concorditer omnes iudicarunt, baptismum à duobus collatum, esse invalidum, exceptis duobus jam citatis: qui tamen, neque confanter, & firmiter audent oppositum affirmentur. Rationem autem congruentia assignat Diuus Thomas hic in corpore: quia homo baptizat ut minister Christi. quare sic Christus est una persona: ita oportet Mini-

strum baptismi esse unam personam, qui Christum representet.

3. Notandum est tamen, quod si plures aliquem baptizarent, seu abluerent, & quilibet eorum diceret: *Ego te baptizo*: quamvis hoc illicitè agerent, & puniri essent: qui prius tamem verba proferret, verum baptismi sacramentum conficeret. Si vero omnino simul verba proferrent, & abluerent; omnes verè baptizarent, & unum tantum sacramentum efficerent. Omnes hujus conclusionis partes docet D. Thomas ubi *suprà*. Primam illis verbis: *Essent puniendi de inordinato modo baptizandi*. Quæ etiam probatur: quia baptizant contra modum baptizandi ordinatum ab Ecclesia, quæ ordinavit, ut unus solus baptizet: ergo inordinatè, & illicitè agunt, sicutque puniendi sunt.

4. Secundam illis verbis: *Ille, qui prius verba proferret, daret Baptismi Sacramentum*. Quæ etiam probatur: qui prius verba proferret, legitimam formam, & materiam apponit: si intentionem baptizandi habet, verum baptismi sacramentum conficit: & alter, qui postea verba pronuntiare presumet, nihil faceret, & tanquam rebaptizator puniendus esset.

5. Tertiā illis verbis: *Si autem omnino simul ambo verba proferrent, & hominem immergerent, aut affigerent, &c. uterque quantam in se est, baptizarent*. Quæ etiam probatur. Omnes sufficienter omnia requisita ponunt: ergo, sicut recenter ordinati Sacerdotes, omnes simul cum Episcopo verè consecrant, si simul verba consecrationis proferunt, ita & in nostro casu, omnes verè baptizant.

6. Quartam illis verbis: *Nec iraderent aliud, & aliud Sacramentum: sed Christus, qui est unus in eis baptizans, unum Sacramentum per utrumque conferret*. Quæ etiam probatur contra quosdam recentiores illam negantes. Tum, quia idem dicitur unum baptisma, quia unus homo non potest nisi unum suscipere. Tum etiam, quia tunc una est ablution ob unitatem subjecti, etiamsi unus una partem baptizati abliat, & alter alias: non secus ac quando unus solus baptizat, etiamsi dans distinctas partes ablueret, non contiguas, media non abluta, una esset ablution; ergo unum baptisma sacramentum, hoc enim pro ablutione supponit. Tum deinde, quia si quis à pluribus praedicto modo baptizaretur, plura recipet baptismi sacramenta; majorē gratiam recuperet, quam si solūm baptizaretur ab uno: plura enim sacramenta majorē gratiam conferunt, quam unum solūm. Sed hoc est falsum: ergo, &c. Tum denique, quia, sicut, quando plures Sacerdotes eandem Holtiam consecrant, unum solūm Eucharistie Sacramentum efficiunt; ita quando plures eundem hominem baptizant, unum sacramentum baptismi efficiunt.

7. Neque huic obstat pluralitas numerica verborum, formarum, & actionum. Respondetur namque, sicut quando unus baptizat plures, dicendo, *Ego vos baptizo*, sunt plura baptisata, quamvis forma, & actio ministeris sit una numeroita quando plures unum baptizant predicto modo, est unus baptismus, licet forma, & actiones Ministrorum sint plures: propter hoc enim plures baptizantes, sunt plures causa totales instrumentaria ejusdem sacramenti baptismi; sicut plures Sacerdotes, simul consecrantes eandem Holtiam, sunt plures causa instrumentaria totales ejusdem sacramenti Eucharistie. Et hæc omnia docet Magister Serra, in teriam partem D. Thomæ, q. 67. art. 6. concl. 2.

His tamen non obstantibus, ego puto opinionem agnoscentem in tali casu non unicū, sed plura Sacra

De Sacram. Baptismi. Ref. XLII. &c. 29

Sacraenta, satis probabilem esse. Quia, quamvis non possit Baptismus multiplicari per iterationem; non est tamen contra Christi institutionem, ut si in aliquo casu rarissimo plures simul ponant omnia ad valorem sacramenti requisita, sacramentum multiplicetur, cum ratio fundata in principiis fieri id suadeat: unde, cum dicitur, unicum in uno esse Baptismum ex Christi institutione, si per hoc intelligatur, quod Christus noluerit ullo unquam casu licet multiplicari, verum est; similiter verum est, quod secundum communem modum procedendi, non multiplicetur: idque ex Christi institutione; quia moraliter non contingit, plures eodem modo complete omnia ad substantiam Baptismi necessaria: si tamen intelligatur, quod ita repugnet illi institutioni, ut etiam in calu rarissimo non ponatur sapientia Sacramentum, quamvis omnia requisita multiplicentur, videtur negandum.

8. Nec oblat dicere, si plures eandem hostiam consecrent, idem confitetur sacramentum: ergo & in praesenti casu, Respondeo negando consequentiam: quia Baptismus non debet comparari cum Sacramento Eucharistiae, quod est effectus confectionis; sed cum ipsa consecratione, qua in dicto casu multiplicatur.

9. Item, non valet dicere: Ex pluribus illis actionibus exsurgit unicum signum; ergo & unicum Sacramentum. Ita Valsq. disp. 1. c. 2. §. Ratio igitur huic. Respondeo negando antecedens: quamvis enim sint signa unius gratiae, non inde efficiunt non esse plura, cum materia ab uno adhibita, & forma proliata, nullam habent subordinationem respectu alterius materiae, & formae: & non repugnet in uno eodem plura esse ejusdem rei signa. Et ideo ex his omnibus, ut dixi, puto utramque sententiam probabilem esse; seu potius, ut optimè observat Uvigerus in 3. p. q. 67. art. 6. n. 17. & Granatus contr. 4. tr. 2. disp. 5. n. 3. utramque sententiam conciliari posse: si enim metaphysice loquamus, rationes posterioris opinio omnino, nisi fallor, persuadent, in praedicto casu esse plures Baptismos, seu plura Sacraenta. Moraliter vero dici possunt unum: quia simul-concurrent in eodem subiecto, ad eundem finem ordinantur, nec magis sanctificant, quam si unicus esset Baptismus.

10. Unde, ut verum fatear, puto, Nugnum de Sacram. tom. 1. q. 67. art. 6. diff. c. 2. ex cessisse, afferendo, esse improbabile in calu supradicto docere, esse duo baptismata: nam, hanc opinionem, prater rationes supra adductas in sui favorem, sufficiunt viri doctissimi, ut Hurtad. de Sacram. disp. 2. diff. 5. qui citat Gabrielem, Coninch, & Cajet. Imo Joannes Ptepolitus in 3. p. q. 67. art. 6. dub. 1. n. 9. dicit, esse probabile. Videat modò Nughus, si illam vocare potuerit improbatum.

RESOL. XLII.

Quidam Sacerdos in peccato mortali existens baptizavit infancem in calu necessitatis, queritur, an peccaverit mortaliter? Et an laici baptizantes in peccato mortali peccent mortaliter? Ex p. 3. tract. 4. Resol. 10.

2. Sed mihi contraria sententia etiam probabili videtur, quam tuentur Joann. de la Cruz in direct. conscient. p. 2. de Sacr. in genere, q. 4. dub. 3. concl. 1. Fernand. de Hered. dif. de Sacr. in genere, p. 10. dub. 3. n. 4. Nugn. in 3. p. q. 64. art. 6. Ledesm. in summ. c. 6. de Sacr. in genere, concl. 8. Sylvest. vers. Baptismus 3. n. 5. Cajet. in 3. p. q. 64. art. 6. Suar. in 3. p. tom. 3. disp. 16. sect. 4. & Henric. lib. 1. c. 29. n. 4. ubi sic afferit: Sacerdos peccator in necessitate baptizans sine solemnitate non peccat; quia non agit ut minister ex officio, sed perinde ac laicus; etiam si adverteret fuisse peccati statum, aut adverte-re debuisset. Ita ille, & novissime docet hanc sententiam Sylv. in 3. p. q. 64. art. 6. queritur 1. concl. 2. unde patet responsio ad argumentum contrariae sententiae; nam Sacerdos in tali casu baptizans, id non agit ut minister ex officio, sed ut necessitati patients subveniens; neque exercet ullum actum, aut ordinis spiritualis alicujus sacrae potestatis, sed eum, qui omnibus omnino hominibus divina institutione est permisus. Simile aliquid est in huma-nis, ubi nullus, aut certe parvus ornatus requiritur in eo, qui Regi subservit in calu necessitatis urgantis, quamvis magnus in eo requiri soleat numerus, qui ad ministerium specialiter est commis-sus. Ex his apparet, non esse amplectendam sententiam Valsq. in 3. p. tom. 3. disp. 136. c. 3. n. 30. ubi afferit, etiam laicos baptizantes in calu necessitatis cum peccato mortali, peccare mortaliter. Sed si hoc effet verum, vix va obstericibus, & aliis laicis in tali calu adstantibus.

* Sup. hoc in
Ref. seq. &
in aliis eius
anon.

RESOL. XLIII.

An non solum Sacerdos, sed etiam Laici baptizantes in peccato mortali infantem moribundum, peccent mortaliter? Et an Sacerdos, & laicus in dicto casu peccent solum venialiter? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 24.

§. 1. Peccare mortaliter docet ex Valsq. Hurtad. de Sacr. in genere, disp. 4. diff. 9. Maratius tom. 3. tr. de Sacr. in genere, disp. 8. sect. 2. Ochagav. de Sacr. in genere q. 19. n. 6. Durand. in 4. diff. 5. q. 6. Gabriel. q. uniu. art. 3. dub. 2. Adrian. in 4. q. 3. de de Baptismo, §. ad rationem, qui est in fine q. ver. si ob-ijcitur. Kellisonius in 3. p. tom. 2. q. 64. art. 6. dub. 2. & alii, quia quicunque validè efficiens Sacramen-tum, quamvis laicus, & in extrema necessitate, & Minister à Christo deputatus, & institutus ad id, & est contra reverentiam sacramenti ipsum efficit à Ministro instituto ad id in statu peccati mortalium, quod majorem viam habet in Sacerdote peccatore efficiente sacramentum, quamvis in extrema ne-cessitate, & quamvis non solemniter, quia etiam efficitur à Ministro non solum ad id initito; sed etiam ad id consecrat.

Sup. hoc in
Ref. praeter-
rita, & cur-
sum, & reci-
tanter suprà
principio, §.
ult. Ref. 39.
& in Ref. 1.
§ 2. post me-
diun, vers.
Nota vero,
& infra in
tr. 2. Ref. 5.
Ex his,
cursum ad
lin. 5. & in
tom. 3. tr. 1.
Refol. 8. §.
Tertio no-
tandum, &
seqq.

2. Sed licet hec opinio sit probabilis, contraria tanquam probabili adhereo, quam ex Cajeta-no, Soto, Valentia, Henriquez, Suarez & Sayro, tuetur novissime Jacobus Granado de Sacrament. in 3. p. contr. 3. tr. 5. disp. 5. n. 6. cui adde Joannem Praepositum in 3. p. q. 64. art. 6. dub. 1. n. 36. Mar-chantium in refol. Pastor. de Sacram. tract. 1. c. 3. q. 1. Mercer. de Sacram. in 3. part. q. 64. art. 6. dub. 1. Zannerum tom. 4. disp. 3. q. 4. dub. 2. n. 63. & 64. & Petram de Cabrera de Sacrament. quasi. 64. ar-tic. 6. disp. 1. §. 4. n. 17. ubi sic ait. Minister nece-sitatis, sive sit laicus, sive Sacerdos, qui in mortali administrat Sacramentum, etiam si videns, &

C. 3 sciens

ap. cont. §. 2. A firmatam sententiam docent Layman in Theol. mor. lib. 3. tr. 1. c. 5. n. 8. Valsq. in 3. p. 10. 3. disp. 136. c. 3. Conin. de Sacr. q. 64. art. 6. dub. 4. n. 36. & alii. Et ratio est, quia tunc ille exercet hanc sacramenti ministratioinem ex officio ratione sua ordinatiois. Hæc opinio est probabilis.

Tom. I.

scens faciat , non peccat mortaliiter , immo vero neque venialiter , si aliqualem adhibeat reverentiam , & cum aliquo timore , & pudore id faciat . Sic est communiter receptum à Theologis , paucis exceptis , & probatur ; quia omnia argumenta adducta ad probandum esse peccatum mortale ministra Sacramenta in culpa mortali , procedunt tantum de Ministro , qui ex officio , & cum solemnitate religiosa ministra Sacramentum ; ergo sine ratione dicitur Ministrum necessitatis peccare mortaliter , aut venialiter . Probatur etiam efficaciter insinuata à D. Thom. ad 3. quia minister necessitatis ministra Sacramentum , non se gerit ut Ministrum Christi & Ecclesiae , sed tantum ut Ministrum necessitatis : ergo obligari non debet , ut conformetur sanctitati Christi & Ecclesiae , & de laico est quidem evidens , cum ipse nullam gratiam suscepit ut sacramenta conferret , ac proinde non tenetur tam arcte similitudinem principialis agentis imitari , sicut Sacerdos , qui est Minister sacramentorum ex officio . Idem autem dicendum est de Sacerdoti ministrante Baptismum in casu necessitatis , quia licet Sacerdos sit minister ex officio , in casu autem necessitatis non ministra Baptismum , ut Minister ex officio , sed ut Minister necessitatis , sicut laicus & feminam . Et character Sacerdotalis non concurrit ad illud ministerium , sed habet se quasi per accidentem , & concomitante , & ideo Sacerdos in cœlo non aliter se habet , quam laicus . Etenim id dicitur sacramentum ex officio ministrare , qui actionem sacrum ita exercet , ut nullus eam faltem illo modo exercere queat , nisi eam consecrationem habeat . Cum igitur Sacerdos in necessitate baptizat , sine solemnitate , eo duimtaxat modo baptizat , quo laicus baptizare potest , & ideo non baptizat ex officio , id est , ut minister Ecclesiae peculiari conseruatione ad sic ministrandum sacramentum deputatus , ac propterea non peccat mortaliter .

RESOL. XLIV

*An si sacerdos sit excommunicatus, & ad sint alij;
sit tamen ab ipso petenda administratio Baptismi
in necessitate? Ex part. 5. tractat. 9. Resol. 87.*

Quamvis
non plenē
sup. hoc le-
ge tamē
pro si man-
do doctrinā
hujus Ref.
duas Res. se-
quentes.

§. 1. R espondet negatiū S uar. de cens. disp. 11.
seit 1. n. 11. & 12. & alij, quia existi-
mant duo debere concurrent ad extreman necessi-
tatem, quae habilitant excommunicatum ad lici-
tum ministerium sacramenti Baptisimi , alterum
quod se tenet ex parte ipsius baptizandi , nempe
quod sit in articulo mortis: alterum ex parte ip-
sius Ministri , videlicet quod non sit aliud , qui
possit , & velit illud sacramentum conferre ; nam
si alius adgit iam baptizandus , non est in necessi-
tate fuscipendi Baptisimū ab excommunicato ,
cū habeat alium , à quo possit baptizari.

2. Sed ego contraria sententiam tenetio cum Cornejo in 3. part. tract. 5. de excomm. s. i. dub. 2. quest. 4. quia quando pluribus conceditur privilegium , servandum est inter ipsos jus commune , l. affidum . Cod. qui portiores in pignore habeantur , sed iure communis ratione sua consecrationis munus baptizandi competit foliis Sacerdotibus , cap. Diaconos , dist. 9. 3. constat , de consecrationibus , dist. 4. ergo cum in extrema necessitate , v. g. in articulo mortis concedatur universis facultas licet bapti-

zandi , sive excommunicati sint sive non , servandum est jus commune & eligendus Sacerdos.

3. Ad rationem ver Suætae respondentum est negando necessestam extremam , in qua datur libera facultas baptizandi etiam excommunicatis, integranti ex illis duobus , nam sufficit alterum ex parte ipsius baptizandi , videlicet quod ratione mortis imminens si in necessitate recipiendi Baptismum , quamvis non sit in necessitate recipiendo illum præcisè ab isto excommunicato potius , quoniam à quocumque alio , & ex instantia in sacramento Pœnitentia , ubi extrema necessitas , in qua datur sibi Sacerdoti iurisdictio absolvendi etiam à peccatis reservatis , est solus articulus mortis ipsius pœnitentiæ , unde ex pluribus Sacerdotibus simplicibus assitentibus morituro , potest validè , & licet absolvì à quo cumque , alias si ex duabus assitentibus uterque vellet absolvire , neuter posset , quia pœnitentia non est in extrema necessitate suscipienda absolusionem ab illo præcisè , cum possit eam recipere ab altero.

R E S O L . X L V .

An quando baptizatur aliquis in periculo mortis, debent adstantes servare ordinem inter eos sub pena peccati mortalis?

Et adveritur, quod, quando baptizat aliquis idiotus, dicat formam vulgari sermone, potius quam Latino, ne erret, nisi confiteretur Latine bene profere rendam. Ex part. 5. tract. 3. Refolut. 18.

S. I. **S**uppono teneri servare ordinem eos, qui non sunt Sacerdotes, quando in necessitate ministrandus est Baptismus; ita ut Diaconus præferatur Subdiaconi, Clericus laico, vir fœmine, &c. Sed difficultas est an pervertere hunc ordinem sit peccatum mortale? & affirmativè respondet Valquez in 3. part. tom. 3. disputat. 147. cap. 5. §. Postremò hoc idem Mærtius tom. 3. tractat de Sacramento Baptismi, disput. 5. sct. 5. Valent. tom. 4. disputat. 4. quest. 2. punct. 1. Turrianus in summa part. 2. cap. 13. dub. 4. conclus. 2. quibus addit Ochagaviam de Sacrament. tract. unio. de Baptismo, quest. 12. man. 19. quia prædictum ordinem in baptizando servandum esse non jure aliquo humano, quin potius divino, statutum est, quia cum jus divinum ob necessitatem extreman conedit, ut licet baptizent illi, qui alias baptizare non poterant licet, sine dubio hanc facultatem ideo concedit, ut qui magis aptus est, inepto præferatur in administratione Baptismi; unde videndum est in praesentia Sacerdotis Diaconum baptizare non posse; sed mulier minus apta est, quam vir; & laicus, quam Clericus; & Clericus, quam Sacerdos: ergo in praesentia aptioris minus aptus non potest baptizare sub pena peccati mortalisi, quia materia hac gravis est, & cadens sub precepto divino. Ita Ochagavia.

2. Secunda opinio docet inversionem, quia inferiores Diaconi et praefecturi, eis mortalem, non verò inter alios Diaconi inferiorum. Ita Hurtagius de Sacra Baptismi disp. 2. diffic. 3. Coninch. de Sacram. q. 6.7. art. 5. dub. 2. Reginald. tom. 2. lib. 27. c. 6. n. 44. & Ptolemaeus in 3. p. 9.6.7. art. 5. dub. 2. num. 7. quia ex una parte Diaconus iure divino praefetur alijs inferioribus se, quia ex vi sui Ordinis est magis aptus ad id, quam alij inferiorum, & ex altera hæc prælatio est materia gravis, & confit

De Sacram. Baptism. Resol XLVI. &c. 31

considerabilis; ergo opposita inversio & prælatio erit mortalis, utpote gravis usurpatio cuiusdam prælationis, & inchoationis officij.

sup. hoc in
Resol. not.
præteritæ &
comis. Ita Sotus in 4. distinct. 4. q. unc. art. 2. §. circa
fin. §. Primò addendum. Layman lib. 5. tract. 2. cap. 7.
num. 4. Zambranus de Sacram. Baptism. c. 1. dub. 1.
num. 3. Joannes Henriquez in comp. cap. 23. num. 4.
Granodus de Sacram. in 3. part. controv. 4. tract. 2.
disput. 2. num. 6. ubi sic ait: Non est mortale hunc ordinem invertere, ut si laicus coram Diacono, vel feminis coram viro ministraret baptismum, quia cum nullus istorum sit ex officio minister baptizandi, quod unius potius, quam alter baptizet, non est gravis inordinatio. Sic ille. Atque hanc opinionem docet etiam doctus Episcopus Molculos in summa, tract. 2. cap. 4. num. 2. ubi ita afferit. [Tambien me parece que pecaria mortalmente el lego bautizando delante de un Presbitero consagrado, y con potestad de Ordenes para aquel ministerio, mas si el lego fuessse mas habil, como un Doctor Jurista, que el Sacerdote, no pecaria bautizando delante del, pero entre los Diaconos, y Subdiaconos, y Clerigos de menores Ordenes, y seglares Hombres, y mugeres, atento que ninguno de los es ministro propio, ni consagrado para este ministerio, no parece seria pecado mortal bautizar contra el orden arriba dicho, sino indecencia grande. Mas lo que en este caso conviene advertir, es consejo laudable, y salutable, y acertado poner los ojos en la persona que sepa mejor administrar este Sacramento, para que la tal le administre, y por esta razon algunas veces, y no pocas estando presentes diversas personas, y aun graves, las comadres diestras en este ministerio son las que bautizan los ninos, quando estan en peligro de muerte.] Ita Moscolus, & huic tertia sententia ego liberter adhaereo. Vide etiam me ipsum, & Doctores, quos citavi in 3. part. tract. 4. * ref. 4.

4. Cavendum est igitur maximè ex his; ne ille a quo petitur, ut ministrer in periculo mortis baptizat, propter scrupulos, relinquat morientem sine baptismo, expectans ministrum magis idoneum, sed si dubitet an opportune veniet, vel non, talis idoneus ministre baptismum, quia ea pars est tutor. Et idem est; si dubitet, an sit periculum mortis, vel non, & si pro rei qualitate & tempore non possit rei examinare, nunquam dicitur a loco, in quo est baptizandus periclitans, sed mittat alium, qui vocet idoneum ministrum, ut si interim necessitas urgeat; ipsenem baptizaret. Deinde notandum est etiam, quando baptizat aliquis idiota; dicat formam vulgari sermoni portius, quam Latino, ne erret, nisi constaret Latino bene proferendam; & haec omnia docet Zambranus de Sacramenti Baptismi, caput. 1. dub. 15. num. 5. & 7.

RESOL. XLVI.

An peccet mortaliter laicus, si presente Diacono, in casu necessitatis baptizat infantem? Et quid, presente Sacerdote? Et quid est dicendum, quando laicus baptizat extra casum necessitatis, an peccet mortaliter, & incurrit irregularitatem? Ex part. 3. tit. 4. Ref. 4.

§. i. A affirmativa respondent Joan. de la Cruz sup. hoc in direct. conscient. part. 2. de Sacrament. Baptismi, q. 2. dub. 1. concl. 3. Nugnus in 3. part. q. 67. art. 5. diff. 2. & Coninch. de Sacram. q. 67. dub. 1. concl. 3, qui pro hac sententia citat Suarez, licet in malo; nam ipse contrarium, & meritò docet in 2. part. tom. 3. diff. 31. sect. 4. & ita etiam hanc negativam sententiam tuentur Layman. in Theol. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 7. num. 4. Villalobos in sum. tom. 2. tract. 5. diff. 8. num. 10. Chamerota de Sacrament. tract. 2. cap. 4. dub. 5. Pitigianus in 4. sentent. tom. 1. distinct. 6. q. 1. art. 1. post concl. 5. & Sylvius in 3. part. q. 67. art. 3. & alijs, ubi assertum est esse mortale, si absque legitima causa prætermittatur, in tali casu Sacerdos præsens; si autem Diaconus, vel unus ex inferioribus prætermittatur, esse solum veriale, aut nullum, si mulier peritior sit laico prætermisso, ut communiter solent esse obstetrics. Ex his apparet, me olim recte consiluisse obstetricem quandom non peccasse mortaliter, dum in casu necessitatis baptizavit infans, dum aderant alii Religiosi in lacris constituti, non tamen Sacerdotes qui hoc facere potuerint.

2. Non definam etiam hic adnotare Valentiam tom. 4. disput. 4. qu. 8. 2. punct. 1. Et Joannem Suarez in encyclopedio casum conscientie lib. 5. ver. baptismus, §. in necessitate, docuisse laicum baptizantem præsente Sacerdote, secluso contemptu, & minimè renente Sacerdote, peccare tantum venialiter.

3. Nota tamē hic obiter contra Paludanum in 4. sentent. diff. 5. q. 2. Sylvestrum ver. Baptismus 3. & alios, laicum baptizantem extra calum necessitatis, peccare quidem mortaliter, sed non incurere irregularitatem; & ita docent Nugnus in 3. part. q. 6. art. 5. diff. 3. Pitigianus in 4. sentent. tom. 1. diff. 6. q. 1. art. 1. & alijs. Nec valet dicere, quod qui baptizat sine necessitate, baptizat ex officio, sed propter hoc ponitur laico irregularitas. Ergo. Secundū laicus si conficit aliud Sacramentum, est irregularis; ergo etiam si administrat Baptismum. Nam respondetur ad primū negando majorem, quoniam cum in hoc Sacramento distinguatur minister solemnitatis, & necessitatis, cum non baptizat ex solemnitate, tantum baptizat tanquam minister necessitatis, atque adeo non tanquam ex officio. Et per hoc patet responsio ad secundum negando consequentiam, quoniam in aliis Sacramentis non distinguuntur minister solemnitatis, & necessitatis, atque adeo quomodocumque conficiat, conficit quasi ex officio, & ideo est irregularis, quod non accidit in casu nostro. Ergo.

RESOL. XLVII.

An Diaconus, si baptizet aliquem in articulo mortis, possit aliquando solemniter illum baptizare?

Et an, si Diaconus sine commissione solemniter baptizat, sit irregularis? Ex part. 5. tract. 3. Resolut. 28.

§. i. A affirmativa sententiam docet Suarez sup. hoc in tom. 3. tr. 1. in 3. part. tom. 3. diff. 2. 3. sect. 3. ubi sic ait. In ordine ad solemnem Baptismi administracionem haec ex rationabili causa potest Diacono committi in casu necessitatis, inquit si necessitas urgeat, & Sacerdos sit absens, potest ipse jure suo ministrum usurpare, ut docet glossa in c. Diaconus, ver. necessitas 93. diff. Ita Suarez.

C 4 2. Sed

2. Sed hanc sententiam refellit Coninch. de *Sacram.* q. 67. art. 5. dub. 3. num. 27. ex cap. *Diaconos*, ubi clare innuitur sine commissione Sacerdotis Diaconum non aliter posse baptizare, quam laicos baptizare posse; nec glossa contrarium docet; sed tantum ait hoc casu posse eum suo iure baptizare, inquit docet potius in Ecclesia, sive solemniter sine commissione non posse baptizare. Et ratio videtur esse, quam insinuat Caeteranus, quia nimirum Diacono propriè convenit inservire Sacerdoti, atque ita quamcumque facit ut Diaconus, debet ea facere ut inserviens Sacerdoti; quod si autem aliquando sine commissione posset solemniter baptizare, non faceret hoc ut inserviens Sacerdoti, sed quasi suo iure. Nam ea in re non posset dici inservire Sacerdoti, secus est, quando id facit ex commissione Sacerdotis quia tunc quodammodo ei inserviat, dum ejus mandato obsequitur. Nec refert, quod in extrema necessitate possit baptizare sine commissione non solemniter, quia hoc non facit propriè ut Diaconus, cum eo casu etiam laici possint baptizare, si ipse absens: quod autem ceteris omnibus referatur, hoc non facit ut illae actus sit Ordinis. Quare Diaconus sine commissione solemniter baptizans esset irregularis, quia usurpare actionem Ordinis, quem non habet, neque necessitas excusat, quia nulla est necessitas facile hanc baptizandi solemniter. Et haec omnia docet Coninch. loco citato, & post illum nominatum contra Suarez tenet etiam hanc sententiam Gaspar Hurtadus de *Sacram.* Baptismi, disput. 2. difficult. 4. Nota tamen quod Coninch. ubi supra num. 26. suam opinionem vocat tantum probabilem, ergo videtur sententiam Suarez tanquam probabilem admittere.

RESOL. XLVIII.

An monachi peccant mortaliter extra casum necessitatis aliquem baptizando? Ex p. 5. tr. 1. 3. & Misc. 1. Ref. 58.

Aliibi infra §. 1. **D**e hoc casu alibi dictum est. Non retinetur in tr. 5. Ref. 61. custim. in §. Tertio Religiosus. **D**ream tamen hic apponere sententiam Jacobi Granado de *Sacram.* in 3. part. controversial. tract. 2. disp. 1. num. 3. ubi sic ait. Notandum est in can. placuit 2. 1. 6. quæst. 1. Monachus præcipi ne baptizet, & ideo videri id prohibitum Religiosis. Emanuel verò Rodriguez. tom. 1. questionem Regularium. q. 31. art. 1. ait, in hoc canone solum prohibeti Monachis ne baptizent sine licentia Ordinarij; & glossa in can. p. 20. art. 18. quæst. 2. etiam exigitur id licere. Et crediderit id non præcipi sub mortali in jure, & fieri posse falso aliquando sine veniali. Ita Jacobus Granado.

RESOL. XLIX.

An in aliquo casu cum vita periculo teneatur quis baptizare puerum moribundum?
Et quid, si tantum esset dubium probabile de morte pueri sine Baptismo decessuri è vita?
Et quid est dicendum, si puer habet usum rationis, sed nondum est struētus in Fide?
Et quid, si supradictus struētus sit in Fide?
Et quid est agendum in casu, quo paucum intercesserit de non omitenda cura animæ proximi, etiam cum periculo vita?
Et cur si in falso, an mater gravida teneatur per-

mittere se secari, ut fetus baptizetur, alias sine Baptismo moriturus?

Ex p. 5. tr. 3. Ref. 16.

§. 1. **A**d hanc questionem ita respondet Ochagavia de *Sacram.* tract. un. de Baptismo. q. 7. m. 3. Sit casus, quem adducit Sylvester in summa ver. Bellum 2. Sacerdos vult baptizare puerum animam efflantem in eo casu, que nullus aliud adit, & tunc invaditur ab hostibus, qui injustè volunt eum occidere, si se defendat fugiendo, vel alia via puer moritur sine Baptismo, quod si baptizet puerum, non potest se defendere, sed sine dubio occidetur ab hostibus. Ad hunc casum responderet primò tunc non esse necesse Baptismum cum solemnitate ministrare, sed sine illa posse licet ministrari, quia Ecclesia non obligat ad ceremonias illas accidentiales, que in Baptismo solemniter reperiuntur cum tanto periculo observandas, cum Ecclesia in suis preceptis mitissima sit. Secundò responderet si mors Sacerdotis immineat, etiam ministrando Sacramentum sine solemnitate, tunc potius Sacerdotem debere eligere mortem propriam corporalem pati, quam alienam spiritualem pueri prætermittere, eum non baptizando; quia vita spiritualis pueri in tanto periculo constituti pluris facienda est, quam vita corporalis propria. Ad quod Parochus ex iustitia obligabit ratione officij, aliis verò quilibet ex charitate. Immò addicte Sylvester ubi supra, si tantum esset dubium probabile de morte pueri sine Baptismo decessuri è vita, in eo casu, quo Sacerdos defenderet se, & alias si non se defenderet, sed baptizaret puerum, certo sequeretur mors Sacerdotis; adhuc Sacerdos potius tenetur subire mortem, quam puerum sine remedio Baptismi relinqueret, propter rationem proxime assignatam. Quam resolutionem ita ego intelligendam puto, scilicet dummodo puer ille non habeat usum rationis, si enim talem usum haberet, & instruētus esset in fide, possit sine Baptismo relinquere, ut Sacerdotis vita consuleretur, tunc enim puer sine Baptismo, & per contritionem justificari posset apud Deum, alias si non esset puer instruētus in fide, & animam ageret, deberet eum Sacerdos instruere in rebus fidei cum periculo propriæ vita in predicto casu, præcipiendo ei ut haberet actum contritionis, si eum propter periculum mortis non posset baptizare. Et haec omnia docet Ochagavia ubi supra, cui adde Jacobus Granado de *Sacram.* in 3. part. conqr. 4. tract. 4. disput. 4. num. 5.

2. Non desinam tamen hic adnotare verba Emanuelis Sà ver. *Charitas*, ubi sic afferit. Infantem aliquo moriturum sine Baptismo, teneris cum tua vita periculo baptizare; secundum quodam, quod alii probabiliter negant, nec enim cum tanto detimento debetur ei tale officium, alioquin & mater gravida teneretur permittere se secari ut fetus baptizaretur, alias sine Baptismo moriturus, quod nemo dicet. Ita ille, cui adde Sotom de secret. memb. 2. quæst. 2. post 6. conclusionem. Arevalum de correctione fratrum, & Sanctionem in selectis disput. 10. num. 9. docentem non adverfari D. Thom. 2. quæst. 26. art. 5. afferentem obstricōs esse nos plus proximi animam amore prolequi, quam proprium corpus, id est, vitam. Nam intelligi debet, quod quis amore sue conservanda vita proximo non præsteret confiduum patrandi scelus, sive quod positivè ad necem spiritualem ipius non concurrat, quia tunc amans vitam corporalem, eternam perdit peccato deprivati consilij intercedente: at quod non omittat provi-

De Sacram. Baptismi. Resol. L. & LI. 33

provide animæ proximi ob conservandam propriam vitam, non affirmat D.Thom. nisi forte in casu, quo pactum intercessisset de non omitienda cura animæ proximi, etiam cum periculo propriæ vita, sicut devinctus esset ratione pecunia accepta prospicere vita corporali proximi, etiam cum periculo amittendi propriam, qua ratione Parochos reddi obnoxios Sacramenta ministrare suis oibvis cum periculo vita, præcipue, pœnitentiae, cùm ob id decimas & cætera percipiunt emolumenta, censem DD. unde tenemur ob propriam vitam conservandam dannum spirituale proximo non inferre, non autem illud impedit, nisi intercedat conuentio. Unde DD. indistinctè loquentes de obligatione diligendi vitam spiritualem proximi, post habita propria corporali, aberrant sanè, & quod ipsi nequam exequentur, ceteros ex qui obnoxios esse docent. Hæc Sancius.

3. Sed supradictæ sententiæ adversatur Ledesma in summa, tom. 2. tract. 4. cap. 4. concl. 1. 5. ubi sic ait: [Acerca de quædo tota via difficultad: si unio se està moriendo, y con pecado original, si està obligado un hombre particular à bautizarle, aunque probablemente tema que algún tirano le quitará la vida, y le matara porque le bautiza: la razon de dudar es, porque entonces aquel niño está en extrema necesidad espiritual. A esta duda se responde, que de lo dicho se convence, que estoy obligado à bautizarle no obstante el tal peligro. Antes parece que esto mas obligado à socorrer al niño, que al adulto, que està en extrema necesidad espiritual, porque el adulto tiene otro remedio, que es disponerse por sus propias obras, y no ay certidumbre, que apruechara la corrección fraterna, como la ay, de que apruechara el bautismo.] Sic ille, & Bañez in 2. 2. qu. 26. art. 2. & hac sunt placita Doctorum.

RESOL. L.

Notabilia quadam circum materiam Baptismi. Ex p. 3, tract. 4. Resolut. 5.

§. 1. **Q**uartitur primò, an minima quantitas aquæ, ut gutta una, vel duas sufficiat ad confiendum Baptismum. Negativè respondet Zambranus in decisi. cas. occur. temp. mor. c. 1. dub. 4. qui citat Valentiam, Suarez, & alios. Idem docent Reginaldus tom. 2. lib. 27. c. 3. n. 15. Bonac. de Sacram. disp. 2. quest. 2. p. 1. num. 18. & alijs sed affirmativam sententiam docet Henriquez lib. 2. cap. 21. num. 4. & post illum Valsquez in 3. p. tom. 2. disp. 24. cap. 4. num. 32.

2. Dicendum est igitur illam quantitatem aquæ esse ad Baptismum sufficiem, qua potest contingere corpus, & successiue fluere per partem corporis, quod facere potest exigua quantitas aquæ: unde recte Paulus Comitolus in resp. mor. lib. 1. q. 12. & post illum Fillius in tom. 1. 17. 2. c. 2. n. 34. assertunt verum fusse Baptismum, quem contulit quedam mulier moribundo infanti, baptizando illum signo crucis impresso in fronte, digito aqua madefacto.

3. Quartitur secundò, an aqua ex sale resoluta sit sufficiens materia ad conferendum Baptismum. Negativè respondet Coninch. de Sacr. q. 66. art. 4. dub. 1. n. 22. quia non videtur probabile ejusmodi aquam esse ejusdem speciei cum aqua naturali, & elementari, & consequenter non videtur probabile, quod possit esse materia Baptismi. Ita ille, quod antea docuerat Angelus ver. Baptismus 4. n. 3. & Sylvester codem verbo 2. in fine.

4. Sed affirmativam sententiam, & meritò docet Henriquez lib. 2. cap. 6. num. 1. qui in glossa litera F. testatur de communi, quia sal efficitur ex aqua falsa; ut experimento constat, & docet Aristoteles meteor. c. 3. Eandem sententiam docet etiam ex neotericis Antonius Fernandez in exam. Theol. moral. part. 3. cap. 2. §. 4. num. 5. ubi ita afferit: Idem de fale, atque nive, gelique dicendum arbitror; est enim essentialiter aqua maris gelata æstivo sole; ac prouinde si liquefiet, apta erit materia ad abluendum, & baptizandum. Sic ille. Vide Tabula verb. baptis. 4. n. 8. & Armillam eodem verb. num. 2. 3.

5. Quartitur tertiodi, an aqua, quæ distillat ex vite, vel aliqua arbore, sit materia apta pro confiendis Baptismi. Affirmativè respondet ex neotericis Joan. de la Cruz direct. conf. part. 2. de Sacram. Baptismi, q. 1. dub. 1. concl. 2. ubi sic afferit: Aqua ista debet esse simplex, & elementaris, etiæ ex arbore, aut alio corpore, ut glacie resoluta. Ita ille, & aliqui, quos tacito nomine citat Coninch. de Sacr. q. 66. art. 4. dub. 1. n. 23. in casu tamen extreme necessitatis, quia non omnino confitat, an supradicta aqua expresa ab arboribus, seu plantis, aut herbis differat specie ab aqua naturali. Sed hanc opinionem ipse Coninch refellit, & communiter cum ipso multi DD. & ita docet Antonius Fernandez ubi infra Fillius in tom. 1. tract. 1. c. 2. n. 6. Henriquez lib. 2. c. 6. n. 2. Zanardus in direct. confess. part. 1. de Sacramento Baptismi, n. 3. Et ratio est, quia ille humor non est aqua, quamvis propter perspicuitatem, & similitudinem appelletur aqua, sed substantialiter succus est.

6. Notandum est tamen cum Antonio Fernandez in exam. Theol. moral. part. 3. c. 11. §. 2. n. 3. esse aquam sufficientem & elementarem pro efficientia Baptismi illam, quæ colligitur ex vaporibus densatis, cum ex olla ore evaporantur, & in testaceo tegumento reperiuntur. Item quæ hyemali tempore ex parietibus lapidibusque fluit, nam vapores essentialiter aqua sunt, aqua vero è parietibus manans, aqua est, aere humido in aquam verso. Ita ille,

RESOL. LI.

An sufficiat ad baptizandum moribundum una gutta aquæ? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 5.

§. 1. **A**ffirmativè respondet cum Mæratio in D. Thom. tom. 3. de Sacramento Baptismi, disp. 2. s. 4. Ochagavia de Sacram. tr. un. de ta §. 1. & 2. infra in Bapt. q. 4. n. 8. ubi sic ait: Quæres secundò quæ quantitas aquæ sit necessaria ad valorem Baptismi? Respondeo cum Panormitanu & Innoc. IV. in c. de ver. Iohann. de Baptismo, quæcumque guttam aquæ sufficeret ad valorem. Probatur, quia quæcumque gutta aquæ satis est ut dicatur homo ablatus, & tintus aqua; ergo qualibet gutta aquæ sufficit, ad valorem Baptismi: debet tamen aqua per corpus, vel per aliquam partem ejus diffire, alias non lavabit, neque enim immota aqua dicitur corpus lavari. Ita ille, & alii, quos ego alibi sum sequutus,

2. Sed licet hanc opinionem aliqui non admittant, ut Granatus de Sacram. in 3. p. contr. 4. tr. 1. anno. p. 1. disp. 4. n. 12. Gamachæus in summ. Theol. tom. 3. in 3. part. q. 66. art. 7. Moscosus in summ. tract. 2. cap. 1. n. 4. Layman lib. 5. tract. 2. cap. 3. n. 1. concl. 3. Zambranus de Sacram. Baptismi, c. 1. dub. 4. tamen tempore mortis posse cum gutta aquæ Baptismum ministrari concedunt, & ita docet Hurtadus

dus de *Sacram. Baptismi*, *disput. 1. diffic. 6.* & supponit Joannes Praepositus in *3. part. de Sacramentis quæst. 6. art. 8. dub. 3. num. 93.* quia ex opinione probabili in tali administratione Sacramenta nullata ei fit *injuria*, & moribundo datur *remedium* et modò, quo dari potest, si, v.g. alia quantitas aqua non adæder.

RESOL. LII.

*An moribundo debeat Baptismus adhiberi in dubio,
si aqua est naturalis, puta, in jure carnium, li-
xivio, &c?*

*Et an hoc à fortiori procedat, quando circa materiam
Baptismi adsunt opiniones probabiles? Ex p. 5.
tr. 3. Ref. 1.*

Sup. hoc in Ref. sc. le.
§ Nec solus,
& etiam §.
ut 1. & t. 3.
§ 1.2. & §.
Imo plus.

Respondeo affirmativè, cum Jacobo Grano de Sacram. in 3. p. controv. 4. tract. 1. dis. 3. dub. 2. ubi sic ait: In dubio autem an aliqua aqua sit naturalis, necne, non potest licet adhiberi. Sacramento, nisi in casu necessitatis, tunc enim sub conditione poterit conferri Baptismus, & iterum potesta sub conditione poterit repeti, si baptizatus fuerit superitus. Ita ille, & idem etiam docet Chapeavilla de Sacramento Baptismi, q. 1. 5. Kellilsonius in 3. part. D. Thom. q. 66. art. 4. Bonacina de Sacram. dis. 2. q. 2. punct. 3. n. 9. Marchantius in ref. 1. pastoral. de Sacram. tract. 1. cap. 1. qu. 1. p. 3. & tract. 2. cap. 1. punct. 1. post. cas. 6. Hurtadus de Sacram. Baptismi, disput. 1. diffic. 2. Ludovicus de San Juan de Sacramento. Baptismi, quest. 1. art. 2. diffic. 2. concil. 1. Mercerus de Sacramento, in 3. part. q. 66. art. 4. Pollevenus de Officio Curati, cap. 6. num. 5. & Henriquez lib. 2. cap. 6. num. 2. Cui tandem adde Cabreram de Sacram. in 3. part. q. 66. art. 4. quorum doctrina a fortiori procedit, quando circa materiam Baptismi adsumt opiniones probabiles, tunc enim sub conditione Baptismi moribundo adhibendus est: ut, v.g. cum aqua ex sa-
le resoluta, quam materiam aptam Baptismi esse tradit Ochagavia de Sacram. Baptismi, tract. un. quest. 3. num. 4. & Hurtadus de Sacram. Baptismi, diffic. 2. dis. 1. contra Coninch. de Sacram. q. 66. art. 4. dub. 1. num. 22. & in casibus similibus. Sed ex his oritur in particulari pulchra questio.

RESOL. LIII.

*An moribundo, deficiente aqua naturali, sit additendum Baptismus cum aqua rosacea, vel ex aliis plantis, & herbis expressis sub conditione exterius, ve
mentaliter apposita, si materia hac est idonea?*

Et in dicto casu, non inventa aqua certa, sed aliquo liquore, de quo dubium esset, an esset aqua, ne posset id examinari; an possit in tali casu moribus dictis conditione hantigari?

dus sub conditione baptizari?
Et an in supra dictis casibus, veniente aqua elemen-
tari, vel sublato tamen periculo, baptizandus si-
etian sub conditione? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 2.

§. 1. Curiosum est dubium, (attendas queso
amice Lector,) & negativè responderet
Geninch de Sacram. a. 66. art. 4. dub. 1. num. 23.

* Sup.his li-
quoribus in-
fra prope si
ubi sic sit. * Liquores ex plantis, aut herbis ex-
pressi non sunt materia Baptisimi. Aliqui tamen pu-
tant hos in extrema necessitate posse adhiberi, quia

* Sup his li- ubi sic ait. * Liquores ex plantis, aut herbis ex-
quoribus in- pressi non sunt materia Baptismi. Aliqui tamen pu-
fria prope si tant hos in extrema necessitate posse adhiberi, quia

non omnino constat an differant specie ab aqua
naturali, idemque quibusdam videtur de nive; oem hujus,
qua non facile autem approbare, quia Concilia à vers. di-
requirunt aquam naturalem, qualis non videtur cendum, &
artificialis expressa è plantis. Ita ille. Et revera in aliis eis
aquam rosaceam differre ab aqua naturali patet ex seq. in co-
D.Thom. in 3. part. q.66. art.4. ad 5. & omnibus den. §. 1.
Expositoribus ibi, Kellisonio Cabriera, Mercero Sup. haec
Sylvio, Pefiantio, & Nugno, quibus adde Vals aqua rosa-
quez in 3. part. tom. 2. disput. 141. cap. 1. num. 9. et 1. tr. Ref.
Ochagaviam de Sacram. tract. unic. de Baptismo. §. Tertio.
quæft. 3. num. 5. Moscoum in summ. tract. 2. cap. 1. Postfer, & le-
num. 3. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 4. diffi-
cult. 3. num. 2. Ledesmam in summ. tom. 1. de sacra-
ment. Baptismi, c. 3. concil. 1. Ludovicum de San Imo & in
Juan in summ. de Baptismo, quæft. 1. art. 2. dub. 1. Rel. 107. §.
concl. 2. Hurtadum de Sacram. tract. de Baptismo, tur. Quod si
difficult. 2. in fine. Reginaldum tom. 2. lib. 27. cap. 1.

3. num. 11. Valentiam tom. 4. disp. 4. q. 1. punct. 2. Ecanum de *Sacrament*. cap. 8. q. 2. conclus. 2. n. 2. Joannem de la Cruz in *Director*. conscient. part. 2. q. 1. de *Baptismo*, dub. 1. conclus. 2. Biziozeturum de *Sacrament*. part. 2. cap. 2. num. 5. Zanardum in *Director*. Theolog. part. 1. de *Sacram. Baptis/mi*. cap. 3. Muttinum in *Theologia mor. de sacram. Baptism.* q. 3. conclu. 3. Zechium de *Sacram*. cap. 1. de *Baptism*. Vegam in *Speculo Parochorum*. part. 1. cap. 8. §. 4. num. 14. Molsefium in *summa tom. 1. tract. 4.* cap. 1. num. 3. 3. Lorichium in *Thesauro Theol. ver. sacramentum Baptis/mi*. §. 4. in fine. Bonacinam de *Sacrament*. diffut. 2. q. 2. punct. 3. num. 2. Bartholomaeum ab Angelis in *exam Confess. dial. 2. §. 8. 2.* Henriq. lib. 2. cap. 6. num. 2. Fernandez de Heredia in *diffut. Theol. ad reper. texus in can. 1. de Confess. distinct.* 4. part. 3. dub. 1. num. 13. Fernandez de Moura in *Medallia cas. conscient. part. 3. cap. 2. §. 2. num. 3.* Michaelm Zambrantum de *ca-sibus tempore mortis*, cap. 1. de *Baptismo*, n. 2. Binsfeldium in *Enchirid. Theolog.* part. 1. cap. 4. §. 2. Bonobonum in *confusi. cas. conscient. tom. 2. resp. 3.* Pitigianum in *4. sent. tom. 1. diff. 3. q. 3. art. 3. con-dicu. 2.* Ragucium in *lucerna Parochi de sacrament. Baptis/mi*, q. 11. Yribarne in *4. sent. tom. 1. diff. 10. sect. nn. 5. Quarto dieo. Petro a sancto Joseph de Sacram. part. 2. disp. 1. sect. 2. §. binc collige primo. Vallenem in *Decret. lib. 3. tit. 9. 2. num. 3.* Possevinius de *officio Curati*, cap. 6. quest. 2. Marchantium in *Candelab. Sacram. resol. qq. pastor. tract. 2. de Baptismo*, cap. 1. cap. 3. Rodriguez in *summa tom. 1. cap. 2. 5. num. 1.* Barbosam de *officio Parochi*, cap. 1. 8. num. 43. Guillelmum Estium in *4. sentent. diff. 3.* §. 7. Archangelum Rubicum de *Sacrament*. diff. 3. §. aqua duplex. Layman, in *Theolog. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 3. num. 1.* Granado in *3. part. D. Thoma. contr. 4. tract. 1. diffut. 3. num. 2.* Alabardum in *Ty-rocino Sacram. de materia Baptis/mi*, fol. 162. Philippum de la Cruz en *su Norte de Confessores*, tract. 10. §. 1. Petrum Milhaldum en *la Guide des Curez* part. 1. de *sacrament. Baptism*. cap. 8. num. 4. Philippum Gamachaum in *summa Theologiae*, tom. 3. q. 66. cap. 2. Joan. Baptiftam Conradum in *respons. cas. conscient. part. 2. q. 7. 8.* Carillum in *itinerario Ordinandorum*, sect. 3. cap. 2. num. 12. Victoriam in *summa de Sacrament*. q. 12. Anglez in *floribus*, tom. 1. q. 1. de *Baptis/mi*. art. 2. conclus. 3. Antoniuus de Litteratis in *summa. Part. 1. cap. 6. num. 2.* Vival-dum in *Candelabro tit. de Baptismo*, §. de *materia*, num. 3. Berarducum in *summa Corona*, part. 4. cap. 2. num. 4. Sotum in *4. diff. 3. q. un. arr. 4.* Martiniun Funcz in *Speculo morali*. part. 2. c. 2. n. 1. &c alios. Dicendum est igitur, nullam aquam, vel fuc-*

De Sacram. Baptism. Resol. LIV.

35

Sophis omni ex herbis, floribus, radicibus, frondibus, aliisque mixtis perfectis per distillationem elicimus supradictum posse esse materiam Baptisini, quia nempe in principio substantialiter suci hujusmodi differunt ab elem. in art. 3. t.r. & mentari aqua, materia necessaria sacramenti Baptisini, ex Concilio Florentino sub Eugenio IV. & Trid. sest. 7. de fide Catholica. Et sicuti materia etiam ibi idonea Eucharistia nequit esse nisi panis, & vinum uno plus & univocè, non verò illa, quæ sunt æquivocè talia, sic materia Baptisini nihil poterit esse, nisi id, quod est aqua univocè, sed artificiales, ut rosacea, &c. quæ sunt per stillicidia, æquivocè sunt aquæ, & non univocè: ergo.

2. His tamen non obstantibus non desinam hic adnotare ad dubium præsentis resolutionis, affirmativè respondere aliquos Doctores recentiores, ut Joannem Puteanum Professorem Regium sacrae Theologie in Academia Tholofana in 3. part. D. Thom. q. 66. art. 4. n. 5. ubi sic ait: Moneo, si datur, v.g. aqua rosacea, & itullo modo aqua naturalis, nec potest haberi, & periclitaretur baptizandus, posset Baptisimus conferri in aqua rosacea, quia licet Concilia exigant ad validitatem Baptisimi aquas naturales, quales sunt pluviales, maris, & quorūcumque fontium, & fluminum, non tamen definivit haecen Ecclesia in nullo planè casu ullam aliam aquam à naturali non sufficer ad validitatem Baptisimi. Deinde, quia aqua rosacea majorum affinitatem videtur habere cum aqua naturali, quam aqua quorūcumque fontium. Ita Puteanus.

3. Nec solus Puteanus supradicta docet; sed novissime hanc sententiam tenet Joannes Praepositus in 3. part. D. Thom. q. 66. art. 4. n. 22. ubi sic afferit: Adverte quid quia Baptisimi sacramentum est maxime necessitatis, si occurrat extrema necessitas Baptisimi alieui conferendis, ut potè alias sine illo morituro, posset Baptisimus saltēm sub conditio- ne eidem conferri in materia dubia, deficiente indubitate, quia nulla irreverentia censeretur irrogari Sacramentum, quid proximo alioquin morituro per medium etiam dubium succurratur, & de cætero charitas in tali circumstantia obligat, ut adhibeamus omne medium, quo forte poterimus ei- dem proximo succurrere. Hinc est, quod licet ea, quæ notabiliter secundo diximus, non esse materiam convenientem Baptisimi, sint conformia communiori Doctorum sententiæ, quia tamen de quibusc aliqui dubitant, ut de aqua rosacea, &c. in extrema necessitate deficiente materia certa, li- teret in hujusmodi baptizare saltem sub conditio- ne, sublato tamen periculo, Baptisimus saltem sub conditione effet repetendus. Hæc Prepositus Societatis Iesu insignis Theologus, ubi supra. Et hanc sententiam ex eadem Societate docet etiam Adamus Tannerus in Theolog. Schol. tom. 4. disp. 4. q. 1. art. 1. num. 41. quibus etiam adde Chamerotam de Sacram. tract. 2. de Baptism. cap. 2. dub. 2. ubi sic ait: Est opinio recentiorum posse per alambicum, vel per artificiales distillationem ex sucis herbarum elici aquam vetam elementarem, licet admixtam secundis qualitatibus; & ego urgente ne- cessitate in his aquis baptizare, sed rebaptizare, cum conditione, adveniente aqua elementari. Sic ille. Unde secundum hanc opinionem si aliquis de- ficiente aqua naturali periclitaretur, baptizari pos- set sub conditione, non solum cum aqua rosacea, vel aliorum florum per distillationem elicita, sed etiam cum succo expresso ex herbis, & frondibus, ut observat Tannerus loco citato. Et hæc dicta esse volo secundum mentem supradictorum Doctorum:

nam ego profrui puto non esse discedendum à prima sententia negativa.

4. Non desinam tamen hic adnotare, rectè P. Ioannem de Lugo de Sacram. disp. 8. sest. 9. n. 140. docere in extrema necessitate, non inventa aqua certa, sed liquore aliquo, de quo dubium esset, an esset aqua, nec posset id examinari; pone enim esse locum obscürum, nec odore, aut gustu posse id percipi, posse in tali casu existentem in periculo mortis sub conditione baptizari; Quia cùm præcep- tum illud oritur baptizandi absque tali materia oriatur ex reverentia sacramenti, sequitur, ut in praedi- to casu non obliget tale præceptum, eo quod summa indigentia proximi, cui aliter subvenire non possumus, præpondet illi reverentia, & reddat li- citam talem operationem, propter necessitatem.

RESOL. LIV.

An in extrema necessitate, deficiente aqua naturali, sit adhibendus Baptisimus sub conditione cum gla- cie, pruina, vore, nive, vel sale, quando resoluta non sunt?

Et an ad validitatem Baptismi sufficiat, quod aqua attingat baptizatum, si cum non abluit?
Et an, si in ipsa applicatione nix, glacies, &c. re- solutionem, sint materia sufficiens Sacramenti Ba- ptisimi? Ex p. 5. tr. 3. Rel. 3.

S. I. *N*egativam sententiam docet Petrus à Sancto Joseph de Sacr. part. 2. disp. 1. ge §. penult. sest. 2. in fine, ubi sic ait: In necessitate potest assumi materia dubia, & tunc Baptisimus conferri. Non probo tamen, quod nonnulli dicunt, satius esse in extrema necessitate, deficiente aqua, Baptisimum applicare cum nive, aut glacie. Ita ille. Et ratio est, nam glacies, pruina, grandis, nix, quamvis sint substantialiter aqua, attamen quando talia sunt, & non resoluta, materia Baptisimi esse non possunt, quia non sunt apta materia ad ablendum. Et ita docent ferè omnes Doctores in superiori resolu- tione pro prima sententia adducti, & in specie Con- nich. de Sacram. q. 66. art. 4. dub. 1. num. 23. & hanc sententiam ego teneo.

2. Sed his non obstantibus affirmativam sententiam docet Puteanus in 3. p. D. Thom. q. 66. art. 4. dub. 1. num. 5. ubi sic ait: Extra controversiam est, glaciem, nivem, grandinem, & saltem non sufficiere ad confectionem Baptisimi, licet enim hæc sint ejusdem rationis cum aqua naturali, non tamen apta sunt ad ablendum proxime: est autem sim- pliciter necessarium ad hoc ut aliquid rationem Ba- ptisini habeat, quod proxime possit ablucere. Probatum est enim Baptisimum esse ablutionem, in extre- ma tamen necessitate satius effet applicare cum nive, vel glacie sacramentum Baptismati, quam administrationem prætermittere. Joannes enim Major, & alij putarunt sufficiere ad validitatem Baptis- mi, quid aqua attingat baptizatum, etiamsi eundem sup. hoc su- non abluit. Ita Puteanus, quod etiam loquens de pra. in Rel. nive docet Joannes Praepositus in 3. p. D. Thom. q. 66. art. 4. num. 22. & novissime doctus Hurradus de Sacram. tract. de Baptism. disp. 1. diff. 2. ubi sic afferit: In extrema necessitate licitum est ut aqua, quamvis notabilitate permixta, in & dubia, ut nive nondum resoluta sub hac conditione five exterius, five mentaliter tantum apposita, nempe si materia hæc est idonea, quia extrema necessitas excusat irreverentiam, que alias fieret confibedo Sacramentum sub conditione. Sic ille.

3. Sed

Quo ad cōtentum in
hoc & seq.
§. suprā x
Ref. 50. lege
§ sed affir-
mativum a
medio.

3. Sed ex his oritur alia curiosa dubitatio, an si in ipsa applicatione nix, seu glacies resoluantur, sint materia sufficiens sacramenti Baptismi? Adamus Tannerus in *Theol. Schol. tom. 4. disp. 4. qu. 1. dub. 2. num. 44.* respondet, quod si dum sublunt manibus adhuc, vel applicationi baptizantis resoluantur ante ipsam receptionem in corpore baptizandi, tunc utique docet, sufficientem fore materiam Baptismi; si vero resolutio primum fiat in corpore baptizandi, tunc non videtur valere Baptismus, quia revera is, qui baptizat, non adhibet materiam ablutioni aptam, ideoque nec propriè abluit, sed si qua sit ablutio, sit potius ab eo, qui baptizatur. Ita Tannerus.

4. Verum non desunt Doctores, afferentes materiam proximam Baptismi sitam esse in ablutione, ut passiva, & non ut activa & ita docet Suarez in *3.p. tom. 3. disp. 20. sect. 2.* Sotus in *4. disp. 3. art. 1. §. ex quo sit, & aliij, licet Vasquez in 3. part. tom. 2. disp. 141. cap. 2.* Petrus Ochagavia de *Sacram. tract. de Baptism. quæst. 3.* Coninch. de *Sacram. q. 66. art. 4. dub. 2.* & aliij afferant ablutionem tam ut activam, quam ut passivam, utrovis modo esse materiam Baptismi. Unde utraque opinio est probabilis.

RESOL. LV.

An Sacerdos baptizans cum aqua non benedicta peccet mortaliter?
Et quid, si alijs exteriore ritus, insufflationes, unctiones, & similes ceremonie decessent in solemnī Baptismi; vel si sine stola, aut superpelliceo fieret Baptismus? Ex part. 9. tr. 6. & Msc. 1. Ref. 32. alias 33.

§. 1. Negativam sententiam tenet Quintana-
duenas in *Theolog. moral. tom. 1. tract. 1. singul. 22. num. 2.* [Quia nullum extat Praeceptum, nec divinum, nec politivum, de baptismalis aqua benedictione præmittenda. Secundo, quia ex gravitate, vel levitate materia colligitur gravitas, vel levitas peccati in transgressione cuiuslibet Praecepti, & nomination in omissione Rituum, qui prescribuntur in celebratione Missarum, ut docent omnes Doctores relati: si autem omisso fiat aliquis ceremonia gravioris, continentisque specialem significationem, materia erit gravis, ut si quis omitteret mixtionem aquæ & vini, fractionem Hostie, aut mixtionem; vel signa omnia, vel plura, quæ sunt super oblata, & alia hujusmodi; ergo, ex gravitate materia censenda erit lethalis, vel non lethalis, omisso aliquis ritus in celebratione solemnis Baptismi; sed materia gravis non videatur, quod aqua sit benedicta, cum solum ob majorem decentiam benedictio addatur aqua: ergo &c.

2. Consonat his Granado: Peccabit graviter, inquit *contr. 4. de Bapt. tract. 2. dist. 1. num. 5.* si baptizans conferat Baptismum sine debita solemnitate, id est, sine illis ceremoniis, quas Ecclesia præscripsit: si autem unam, vel alteram rem minimam prætermitteret, culpa efficitur. Aqua non benedicta baptizare, quid leve debet existimari; cum benedictio, nec ad essentiam, nec ad integratem Sacramenti, nec ad justificationem, intentionemve baptizandi, nec ad essentialem Baptismi solemnitatem, nec ad gravis significationem mysterii pertinet. Nec levissimum laborietur scandalum, si aqua non benedicta fiat Baptismus: sicut oriretur, si alijs exteriore ritus, insufflationes, unctiones, & similes

decessent in solemnī Baptismo; vel sine * stola, aut * Super his infia in t. 2. Ref. 9. §. Confirmat.

3. Sed ego, Sacerdotem cum aqua non benedicta baptizantem, reum culpæ lethali esse existimo: nec talis benedictio levis materia censenda est, ut de se patet. Primo, quia versatur circa materiam ipsius Sacramenti. Secundo, quia habetur in Manuali specialis benedictio. Tertio, quia talis benedictio non efficacit, nisi in Sabbatho Pascha, & Pentecostes. Quartio, quia in ipsa benedictione adhibetur triplex infusionis Sacri Crismatis in modum Crucis; que omnia satis demonstrant, talem benedictionem rem levem non esse, ut vulnus Quintanaduenias: & de illa mentionem fecerunt Dionylius de celest. Hier. cap. 2. punct. 2. Augustinus homil. 27. & 50. & lib. 6. contra Julianum, cap. 8. & Ambrosius lib. 1. de Sacram. cap. 5. & Rabanus lib. de infusioni Cleric. cap. 28. relatus in cap. Deinde de conf. dist. 4. Unde Lessius in 3. part. quæst. 71. n. 6. ex D. Basilio lib. de Spiritu Sancto, cap. 2. dicit, consecrationem aqua esse traditionem Apostolicam.

4. Et ideo nostram sententiam, præter Nugnum Suarez, & Bonacinan à Quintanaduenias citatos, tenet ex Societate Iesu Castr. Palauis tom. 4. tract. 1. 9. disp. unica. punct. 1. 2. num. 3. Ioannes Praepositus in 3. part. D. Thome, quæst. 71. art. 4. dnb. 1. n. 5. ubi sic ait: [Notandum, quod licet materia sufficiens Baptismi sit quævis aqua naturalis; non possit tam absque peccato extra necessitatem conferri in aqua non benedicta secundum ritum Ecclesiæ. Itaque Baptismus debet administrari in aqua, que solet pridie Paschatis, & Pentecostes consecrari, cum infusione Chrismatis; quia si deficit, alia etiam extra illa tempora est consecranda: imo, si talis comode possit haberi, est adhibenda in Baptismo, etiam non solemni, in quo tamen non videtur magnus scrupulus faciendus.] Ita ille, cui addit Hurtagius de *Sacram. Baptism. diff. 5. difficult. 2.* ita aientem: [Aqua naturalis, que necessaria est ad valorem Baptismi, debet esse benedicta peculiaribus invocationibus, & consecratione, triplex Chrismatis perfusione, ut habetur in Rituali, non necessitate Sacramenti, sed tantum Praecepti Ecclesiastici, orta ex antiquissima Ecclesia consuetudine.] Hac Hurtadus. Vide etiam Mercerum in 3. part. D. Thome, q. 71. art. 4. propos. 4. Restè itaque dixit D. Cyprianus lib. 1. Epist. 1. 2. [Oporet ergo munari, & sanctificari aquam prius à Sacerdote, ut possit Baptismo suo, peccata hominis, qui baptizari, abluere.]

RESOL. LVI.

Utrum obsecrices teneantur scire formam Baptismi, & modum baptizandi?
Et an Sacerdos peccet saltu venialiter, si proferat formam Baptismi in lingua vulgari; quia de obsecribus, & secularibus non est dubitandum?

Ex part. 2. tr. 15. & Msc. 1. Ref. 46.

§. 1. Teneri putat Paludan. in 4. sent. disp. 5. q. 2. arr. 1. n. 7. De Anton. p. 3. c. 1. 5. §. 4. Turcrem. in cap. si mulier. de consecr. dist. 4. in fin. & ex neotericiis Navarr. in manu. c. 22. n. 6. Henriquez lib. 2. c. 29. n. ult. Sa ver. Baptismus num. 12. Zambran. in suis dec. c. 1. dub. 1. 6. Reginald. tom. 2. lib. 1. c. 6. n. 45. & novissimè Rodriq. in sum. Hispan. tom. 3. c. 26. n. 5. ubi ait: [Vista la necesidad del Baptismo, y que muchas veces no suffre dilacion, por muy pequeña, que sea, y que ninguno mejor, y con mas brevedad

De Sacram. Baptismi. Resol. LVII. &c. 37

brevedad puede acudir a ella si no es la partera, no puedo dexar de tener, que la charidad las obliga a saber la dicha forma, pues su officio es estar mas propinquas al parto, que las demas personas, y por respeto de la dicha propinuidad pueden en un punto remediar la criatura, que no perezca eternamente; y para la salud eterna della obligacion tiene saber la dicha forma.] Putant igitur hi authores, cum casus iste sit nimis frequens, ut experientia docet, & tali necessitatibus extremæ vix possit succuri, preterquam ab obstetricie, maximè quando puer nondum integrè est natus teneri diætas obstetricies ratione sui officij succurrere necessitatibus extremitatibus; quæ annexa est sapientissime tali officio, ac consequenter sciæ formam Baptismi, saltem lingua vernacula; & modum baptizandi.

2. Sed licet hæc opinio sit pia, & consulenda, tamè probabilem puto contrariam sententiam, quam tuerunt Suarez in 3. part. tom. 3. disputatione 21. sect. 6. ubi ait: Aliqui afferunt teneri feminas, que ex officio sunt obstetrices, ad sciendæ ea, quæ sunt substantialia ad baptismum, scilicet materiam, & formam, saltem vernacula lingua quæ opinio est pia, & consulenda, tamè in rigore non video, quale sit hoc præceptum, quia non est positivum Ecclesiasticum, ut constat, nullibi enim reperitur scriptum. Neque est naturale, quin non pertinet ad iustitiam, qua ex vi sui muneres non obligatur obstetricia, ad curandam falutem animæ pueri, sed solum ad recte cooperandum nativitati corporali ejus. Neque etiam pertinet ad charitatem, quia licet supposita necessitate pueri, teneatur quilibet illum baptizare, si potest, non tamè teneatur unusquisque esse paratus, aut instructus ad dandum baptismum, si fortasse inveniat proximum in necessitate constitutum. Ergo neque charitas obligat obstetricem ad hujusmodi præparationem, seu dispositionem.

3. Ad argumentum Rodriguez, & Zembrani respondetur, quod licet fortasse lepiùs in eo inuenire accidat talis necessitas, tamen ratissimè evenit, vel non adesse aliquem alium, a quo possit infans baptizari, vel necessitatibus esse tantum, ut non possit citò vocari, & expectari. Ergo propter rarissimum eventum non obligat charitas ad prædictam scientiam. Vide Possevini de officio Curati, cap. 6. num. 26.

4. Nota vero, quod non solum obstetrices, & laici possunt baptizare sine ullo peccato in vernacula lingua, sed Sacerdotes peccant solum venialiter proferendo formam baptismi in lingua vulgaris. Sic Nugus in 3. part. tom. 1. q. 60. art. 8. difficult. 3. & Bonacina de Sacrament. disputatione 2. q. 2. punt. 4. num. 27.

RESOL. LVII.

Quidam Parochus olim quæsivit à me, an qui in forma Baptismi reliquerit illas particularias in, &c. dicendo. Ego te baptizo nomine Patris, Filii, Spiritus sancti, conficeret Sacramentum? Et si conficeret, an ita baptizando peccet mortaliter? Ex p. 1. tract. 1. 5. & Mfsc. 1. Resol. 47.

Op. cont. §. 1. Quoad particulam in 3. Reginald. tom. 2. lib. 24. cap. 1. num. 30. Comitol. in res. Refol. 4. sponsi moral. lib. 1. quest. 9. num. 3. Tolet. lib. 2. per totam. cap. 19. num. 1. Barthol. ab Angelis ubi infra, & lego alij putant, si in forma baptismi omittatur, Sa-

Tom. I.

cerdotem non conficerere sacramentum, & conse- pro parti-
quenter peccare mortaliter. Sed mihi placet opini- cula in, in
o Henriquez in summa, lib. 2. cap. 36. n. 4. Bonac. to. 2. tr. 1. ex.
de sacrament. disputatione 2. q. 2. punt. 4. n. 16. Coninch. Ref. 222. §.
ubi infra, & aliorum; nam reliqua illa particula, 2. proprie-
in, non destruitur sensus forma. Ergo validum erit
Et secundum.

sacramentum. Probatur antecedens; nam idem omnino est sensus, five dicas, In nomine Patris, five nomine Patris. Immo in, videtur, tanquam per Hebraismum adjungi, sicut quando dicimus, Credo in Deum, pulso, vel cano in cithara, quæ phrasii Hebreæ idem significant, quod Credo Deum, & cano cithara.

2. Quantum verò ad particulam, Vivaldi in Candelabro aur. tract. de forma Baptismi, num. 11. Barthol. ab Angelis in suo examen confess. dial. 2. §. 115. Conrad. in respons. cas. conf. tom. 2. q. 84. Reginald, ubi supra, qui citat Sylvestrum, & Innocentium, putant esse de essentia formæ. Et ratio est, quia personæ divinæ constituantur, & distinguuntur per relationes paternitatis, filiationis, & inspirationis passivæ, quæ quidem personæ debent in forma baptismi exprimi, secundum eas maximæ rationes, quibus constituantur, & inter se distinguuntur, ad quam distinctionem indicandam particula, &, facit aliquid; ergo non est relinquenda in forma Baptismi.

3. Ego vero contraria sequor sententiam, cum Comitolo ubi supra num. 5. & Toleto, quam sequutus est etiam Coninch. de sacrament. tom. 1. q. 66. art. 6. man. 61. & Pitigian. in 4. sent. part. 1. disputatione 3. q. 2. art. 1. 2. Nam in forma, quæ caret coniunctione, & significatur, & invocatur tota Trinitas. Ergo erit verum sacramentum; reliqua enim illa particula, &, remanet adhuc integer sensus formæ. Ex his igitur appetit, Sacerdotem conficerre sacramentum, si baptizaret hac formæ. Ego te baptizo nomine Patris, Filii, Spiritus sancti, relinquendo particulam, in, cum, &, nam mutatio non est substantialis, nec destruit sensum formæ.

4. Quantum attinet ad peccatum ratione patrinitatis materiæ, excusarem à culpa lethali; sic Bonacina supra; sicuti etiam de omittente particula, * enim, in forma Eucharistiae diximus supra; & li- * Sop. hac cet hoc sit contra communem usum Ecclesiæ, ta- particula men si haec particula omittantur, sine scandalo, & osim, in contemptu; non erit, nisi peccatum veniale, ut in Ref. 222. & calu simili notayit Valq. in 3. p. tom. 2. disputatione 142. in aliis ejus n. 30. & Sot. in 4. disputatione 3. q. unic. art. 5. §. quod si, & nor. primæ. Rubens de sacra in 4. sent. disputatione 3. cum lumina Corona p. 4. de forma baptizandi, n. 14.

RESOL. LVIII.

An si quis adderet aliquid forma baptismi, dicendo, v.g. Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & B. Virginis, vel omnium Sanctorum, conficeret sacramentum? Ex part. 2. tr. 1. 5. & Mfsc. 1. Resol. 48.

§. 1. Iacobus de Graffis in suis dec. aur. pari. 2. sup. hoc su- lib. 1. cap. 3. n. 24. responderet negativè; alt p. in Ref. 4. enim: Additio semper vitia Baptismum, qui for- & lege cam me nihil addendum est, five de trahendum, cap. per totam, fortissimè, cap. si non significatur, & cap. de Arriz- & signante ejus §. 1. & 2. nis, de conficer. disputatione 4. & in hoc Host. in summa con- cordat, dicens, quod si quis dicat, Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, &

D omnium

omnium Sanctorum, non est baptizatus, quia nihil debet jungi forma: Ita etiam tenet Archidiaconus in d. cap. si non significatur. Hec Graffius.

2. Sed hac sententia, ita absolutè prolatæ, non est vera, non enim semper, ut vult Graffius, additio vitiat formam. Dico igitur distinguendo, cum Bonac. de Sacrament. disp. 2. q. 2. punt. 4. mom. 16. Barthol. ab Angelis in suo exam. confess. dial. 2. §. 116. Suar. tom. 3. in 3. part. disput. 2. scil. 5. Henr. lib. 2. c. 8. n. 2. Coninch. de Sacrament. q. 60. art. 8. dub. 1. num. 70. Summa Corona part. 4. de forma Baptismi, num. 14. Durand. in 4. diff. 3. q. 2. & Paludano q. 1. & Yribarne in 4. sent. tom. 1. disp. 3. scil. 6. si Sacerdos, sic baptizans intelligit in nomine Beata Virginis baptizare, sicut in nomine Trinitatis, talis sensus est contrarius veræ fidei, & per consequens tollit veritatem sacramenti. Sed si addit in baptismō, ut ejus intercessio proficit baptizato ad conservandam gratiam baptismalem, non tollitur perfectio sacramenti. Sic D. Thom. in 3. p. q. 60. art. 8. tom. 2. disp. 1. 29. c. 7. n. 107. putat illa verba, in nomine B. Virginis, non esse aquivoqua ad utrumque sensum, quem suprà diximus ex Divo Thoma, sed semper falsum continere, eo quod illud, in nomine, denotat autoritatem, neque enim quis dicitur facere aliquid in nomine alterius, nisi authoris. Hec namque vox hoc communī usū significat, ac proinde ejus significatio non pendet ex intentione ministri. Hinc Rubeus in Sacram. in 4. sent. diff. 2. valde dubitat de baptismō sub hac forma late; nam, ait, talis additio, (nempè in nomine B. Virginis) ex se prorsus tollit significacionem, ac mutat formam sensum; atque perinde non obstante ministri legitima intentione, aufert veritatem Sacramenti. Hec ille, & Pitigian. in 4. sent. part. 1. diff. 3. q. 2. art. 1. 2. sed non rectè, nam, etsi verba illa omnia simul sumpta significant errorem contrarium formæ, verba tamen essentialia etiam, ut hic, & nunc proferuntur, tam ex intentione proferentes quam secundum commune Christianorum audiendum judicium, prius tempore, quam illa additio fiat, habent perfectam suam significacionem, & consequenter operantur eodem instanti suum effectum, qui per verba subsequentia tolli nequit, qualemcumque hæc errorem significant. Non ergo à communī sententia recedendum, qua asserit, ut diximus, Sacerdotem confidere sacramentum, etiam si addat formam Baptismi, in nomine beatae Virginis, dummodo per illa verba non intendat baptizare in nomine Virginis, sicuti in nomine Patris, &c. sed tantum executione intendat auxilium beate Virginis baptizato implorare.

3. Ad argumentum verè Jacobi de Graffis respondet, additionem non semper vitare Baptismum, si non tollat prorsus significacionem formæ, quod non accedit ex dictis in nostro calu. Vide Alciat. in l. 1. §. Sed si mibi, num. 6. ff. de verbis, oblig. & Gasparini Caballinum in suo milleologio juris, part. 1. milleog. 248.

RESOL. LIX.

Anterior quedam domi puerum baptizavit Italice, hec verba pronunciante, Io te battezo, co'l nome del Padre, co'l nome del Figliuolo, & co'l nome dello Spirito Santo, statim à me quæsiurum fuit, an sacramentum sub iahi forma administratum fuerit validum? Ex part. 2. tract. 17. & Miscell. 3. Refol. 15.

§. 1. **M**artinus Bonacina, vir hujus litteraturæ Qued hoc punct. 4. n. 5. negativè respondet; nam, sit ille, dico doctrinam cendo, in nomine Patris, in nomine Filii, &c. licet extotam, & Resol. 4. per primatur trinitas personarum, non exprimitur tam unitas essentia, quæ in forma baptismi est de §. 2. & 3.

substantia. Ergo, Unde si aliquis baptizaret in nominibus Patris, & Filii, & Spiritus sancti, non conficeret Sacramentum; quia illa dictio in nominibus, non importat unitatem essentia & virtutis, sed potius numerat personas, & relations. Et quamvis hujusmodi numeratio sit vera, quia tamen unitas personarum in deitate non explicatur, ideo talis forma non est sufficiens. Sic communiter Doctores. Item si aliquis baptizaret, ut olim quadam mulier apud Comitol. in ref. mor. lib. 1. q. 10. sub hac forma, Io te battezo co'l Padre, co'l Figliuolo, & con lo Spirito Santo, invalidum esset sacramentum, quia in his verbis non exprimitur unitas divinæ essentia. Ergo. Vide etiam Didacum Nugnum in 3. p. tom. 1. q. 66. art. 5. diff. 4. fol. 157.

2. Sed quidquid dicat Bonac. contraria sententia est prorsus amplectenda; nam, ut asserit Suar. tom. 3. disp. 2. 1. scil. 3. Coninch. 3. part. q. 66. art. 6. n. 5. & Petr. Cabriera de Sac. q. 66. art. 5. n. 2. & alij, qui baptizat sub hac forma, Ego te baptizo, in nomine Patris, in nomine Filii, &c. non ideo asserit esse plura nomina; sicut qui diceret in nominibus, sed idem essentiale Dei nomen communè tribuit repetit, quod rectè fieri potest absque pluralitate, sicut verè dicitur Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus, sed Dij nuncupari non possunt, quia hoc significat naturarum pluralitatem, illud verò minime, quia sunt verus, & idem Deus. Et sic in nostro calu consului dictum infantem fuisse, & esse verè baptizatum.

RESOL. LX.

An baptismus sit validus, si conferatur hac forma. Baptizata est, vel baptizatus est in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, qua forma utuntur Chaldaei?

Et an in Sacramento Baptismi, Confirmationis, Paenitentiae, Ordinis & Extreme-unctionis exprimenda sit persona Iusticiens ista Sacramenta?

Et an sit certum pronomen illud ego, & dictum est illam Amen, non esse de necessitate Sacramenti?

Et cursim docetur, quod baptismus datus ab Apostoli in nomine Christi validus fuit, & nunc validus est, si in eadem forma conferretur.

Et queritur, an Baptismus datus in nomine unius persona Divina, quemcumque illa sit, validus sit, dummodo vera fides omnium trium retineatur?

Et an Baptismus datus sub hac forma, Baptizante, in nomine Dei, & Sanctæ Crucis, sit validus?

Et tandem queritur, an sit valida forma baptismi, quia utuntur in Dalmatia, videlicet, Ego te Christiano, seu Christianum facio in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti? Ex p. 10. tract. 16. & Misc. 6. Refol. 92.

§. 1. **H**ac forma in baptizando utuntur Chaldaei, de illa dubitatum fuit Romæ anno 1630. ut patet apud Nazarium, ubi infra. Et invalidum baptismum sic collatum esse patet ex rationibus. Primo, Quia aliqui actus baptizant, non significabunt, quatenus hic, & nunc sit in particulari: quod tamen est necessarium: nam Sacra

De Sacram. Baptismi. Resol. L X.

39

Sacramentum consistit in actu particulari, qui hic, & nunc fit circa certum subiectum, ut homo intelligat, se hic, & nunc sanctificari. Secundò, quia effectus baptizati non est remissio peccatorum in communi, sed hinc collata: ergo ut Sacramentum significet huic conferri gratiam, & remissionem, debet exprimi personam, cui conferatur. Quam ob cauam etiam sacramento Confirmationis, Pœnitentia, Ordinis, & Extremae-Universitatis exprimenda est persona suscipiens. Tertiò, quia baptismus est spiritualis quedam regenerationem autem requirit distinctionem inter generantem, & genitum; quam distinctionem oportebat exprimi. Et ita docet Divus Thomas in 3. p. art. 66. q. ad 4. Valquez tom. 2. disp. 142. t. 1. lib. 16. §. Trullench. de Sacram. lib. 1. cap. 3. dub. 4. n. 6. Prapositus in 3. part. q. 66. articul. 5. dub. 3. n. 43. Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 3. q. 7. Martinus de San. Joseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 1. de Baptismo, n. 3. Reginaldus tom. 2. lib. 27. n. 35. Toletus lib. 2. cap. 19. num. 5. Sayrus de Sacram. lib. 1. cap. 4. articul. 4. Sotus in 4. dist. 3. q. 66. q. 1. Averla de Sacrament. Baptismi, p. 1. fol. 2. q. 66. s. 5. Bonacina de Sacrament. diffut. 2. q. 66. s. 2. punct. 4. num. 2. Gesvaldus in Theolog. Moral. in 4. ral. tom. 1. tract. 3. cap. 5. Surianus de Sacrament. lib. 1. lib. 2. cap. 3. Henriquez lib. 2. cap. 8. §. 4. in 4. n. 1. Glosa littera K. Bellarminus de Baptismo, lib. 1. cap. 3. Fillius in 1. tract. 2. cap. 3. num. 53. Stephanus à Sancto Gregorio de Sacrament. lib. 3. cap. 12. num. 7. Petrus a Sancto Joseph in Idea Sacrament. cap. 9. resol. 4. Opatus de Sacrament. tract. de Baptismo, diffut. 1. q. 66. num. 28. Bi-zozerus de Sacrament. part. 2. cap. 3. num. 5. Ochagavia de Sacrament. tract. de Baptismo q. 66. num. 7. Sylvius in 3. part. D.Thom. q. 66. articul. 5. conclus. 3. Basileus in Flo. Theolog. vers. Baptismus 11. num. 13. Layman in Theolog. lib. 5. tractat. 2. cap. 4. num. 2. Nugnus in 3. part. tom. 1. q. 66. articul. 5. Barbosa de Poteff. Parochi, part. 2. cap. 18. num. 50. Capensis in Curs. Theolog. tom. 2. tract. 17. diff. 1. s. 5. num. 23. Escobar in Theolog. Moral. tract. 7. exam. 2. cap. 2. num. 10. Fernandez in Medulla Caf. part. 2. cap. 2. §. 4. num. 3. Martinus Ledesma in prima 4. q. 66. articul. 6. dub. 5. Petrus Ledesma de Sacrament. tom. 1. cap. 4. confid. dub. 3. Machadus tom. 1. lib. 3. part. 1. tract. 2. document. 3. num. 3. Ludovicus a San Juan in Summa q. 1. art. 3. de Sacrament. Baptismi. dub. 1. diffic. 1. Can-didus tom. 1. disquisit. 16. articul. 3. dub. 4. Joann. de la Cruz in directe conscient. part. 2. de Sacram. Baptismi. q. 1. conclus. 3. Tannerus tom. 4. diff. 4. q. 1. dub. 3. num. 86. Valentia tom. 4. diffut. 2. q. 1. punct. 4. Cabrera in 3. part. q. 66. articul. 5. Baunius in Theolog. Moral. tom. 1. tract. 2. q. 6. affir. 2. Marcus Senius tom. 1. de officio Parochi diff. 3. diffic. unica, q. 2. num. 5. Raguccius in Lu-cerna Parochorum de Sacram. Baptism. q. 29. Estius in 4. sentent. diffin. 3. §. 3. Martinus de Sacram. tom. 4. disputat. 23. s. 3. num. 17. Caltrus Palau tom. 4. tractat. 19. diffut. unic. punct. 5. num. 5. Lefius in 3. part D. Thom. q. 66. articul. 5. dub. 2. num. 18. Uvigerus de Sacrament. q. 66. articul. 6. conclus. 4. num. 26. Senna in 3. part. q. 66. articul. 5. Merceria de Sacrament. q. 66. articul. 5. Araujo in 5. part. q. 66. diffut. 5. articul. 1. de Ba-ptismo diff. 7.

2. Dicendum est itaque, quod ad essentiam, & valorem formae baptismi necessarium est exprimere personam baptizatam, quod constat ex traditione Ecclesie, quæ ita intellexit verba illa Mat-

tom. I.

thai ultimo, baptizantes eos, ut Christus non solum voluerit, quod non baptizati, significati particula, eos, re ipsa baptizentur, sed quod etiam verbis exprimantur: & satis congruent; & alias si persona baptizati non exprimatur, actus baptizandi non significabitur, neque denotabitur determinatus in individuo, quia determinatur per personam, que baptizatur: sed significabitur, & denotabitur indeterminatus, & indifferens ad hanc & ad aliam personam, & ad personam ipsius baptizati, & ad personam alterius. Quia quamvis persona baptizati sit quia baptizatur, ea tamen non expressa, nihil in forma profertur, quo actu baptizandi denotetur determinatus: quamvis forma profertur, personam illam baptizando. Concedo quod tamen necessarium est ad essentiam formæ baptismi, personam baptizati exprimere, ut sufficiat eam quovis modo exprimere, sive prox nomine, te, sive pronomine, vos, autoritatis baptizati causa, sive proprio nomine demonstrativo, hanc, sive nomine proprio, sive nomine appellativo: in quo Doctores convenient.

3. Verum Joan. Paulus Nazarius ex Ordine Praedicatorum præstantissimus Theologus interrogatus de hoc cau lièt nostræ sententiae superius ad ductæ adheserit tom. 8. opusc. 3. cau. 2. fol. 338. tamen postea cœf. 3. conat. x talis formam baptismi defendere; sic itaque afferit fol. 342. Dico primum, formas illas, licet verbo præteriti temporis sint expressæ, posse tamen ut veras defendi in eo, aut consimili sensu, quo veritas defenditur formæ sacramenti Eucharistie sub specie panis, quia dicitur: *Hoc est Corpus meum*, ut enim ait S. Thomas in 3. part. q. 78. articul. 5. Verba illa virtutem habent factivam conversionis panis in Corpus Christi, & ideo comparantur ad alias locutiones, quæ habent solum vim significativam, & non factivam, sicut comparatur conceptio intellectus practici, quæ est factiva rei, conceptioni intellectus nostri speculativi; quæ est accepta à rebus; & ideo, sicut conceptio intellectus practici non presupponit rem conceptam, sed facit eam; ita veritas hujus locutionis non presupponit rem significatam; sic enim se habet Verbum Dei ad res factas per verbum. Hæc autem conversio non fit successivè, sed in instanti; & ideo oportet intelligere prædictam locutionem, secundum ultimum instantis prolationis verborum. Quam doctrinam explicat egregie Cajetanus in suo Commentario ad dictum articulatum; quem alij sequuntur discipuli Divi Thomæ. Similiter ergo dicendum est, verba illa; quibus in baptizandis mulieribus, aut viris utuntur Chaldei, ut formis, intelligenda esse secundum ultimum instantis, in quo terminantur, & in quo baptizato confertur effectus sacramenti; sunt enim verba practica non minus, quam illa: *Hoc est Corpus meum*. Igur secundum illud instantis suam habent veritatem.

4. Secundò dico, ex solo textu scripture Divina Matthæi ultimo clare non haberi necessarium esse in forma sacramenti baptismi, exprimere personam baptizatam per ejus proprium nomen, aut per pronomen, & multo minus personam Ministri. Sed ex illis Christi Domini verbis, Baptizantes eos, Catholica Ecclesia Divinitus edocet, intellexit in forma sacramenti baptisci, actionem Ministri, & personam baptizati exprimendam esse, ut habetur in Catechismo ad Parochos iussu Pij V. edito ex decreto Concilij Trident. Quam doctrinam Noster Doctor Sanctus Thomas divinè, ut solet, ante Concilium ex-

D 2 preffersat

TON.
OPERA
Tom. I. 3 II
E III

preferat in sua 2. part. quæst. 66. art. 5. & alij Concilio Antiquiores.

5. Tertio dico, nullam me hactenus invenire potuisse alienus Summi Pontificis definitionem, afferente, Baptismum nullum esse, si in ejus forma non exprimatur forma baptizati. Nam licet in titulo de baptismō, & ejus effectu capite primo, sic definiat Alexander III. si quis puerum in aqua cauerit, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen, & non dixerit: *Ego te baptizo*, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen, non est puer baptizatus; Non tamen affirmit, haec singula verba esse de necessitate sacramenti (Cettum est enim pronomen illud, *Ego*, & dictione illam, *Amen*, non esse de necessitate sacramenti) sed intendit excludere modum illum baptizandi ab his expressione actus baptizandi: Unde etiam in Romano Catechismo non 5. 1. & in Ref. 2. tr. 1. & in Ref. 22. servus Christi, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in qua nec persona baptizantis, nec persona baptizati exprimitur per nomen, aut pronomen aliquod singularem personam a ceteris distinctionem significans. Nec obstat, quod in forma Graecis ab Eugenio prescripta, ponatur dictio illa, *talis*, quia significatur determinandam in dicto. Et esse personam baptizati per nomen proprium, aut pronomen: Nam dici potest, expressionem illam non suffit appositam, ut omnino necessariam sed ad maiorem expressionem, & professionem accidentalem; secundum quam similius est forma Ecclesia Latinorum, quæ est omnium perfectissima.

6. Quartio dico, in forma, sive formis Chaldaeorum satis bene intelligi posse personam tam baptizantis, quam baptizati, ut implicitè significat: Cum enim, ut ante dictum est, verba, quibus forma sacramentorum integrantur, non sint speculativa, sed practica, & ut talis formaliter a mirastro præferantur (aliоquin nihil efficerent) æquipollere videntur verbis imperativis, quibus imperium agentis particularis, & determinati deserunt ad passum particulare, & determinatum, non solum ea ratione, quod actiones omnes sint alieū agentis particularis, & determinati circa passum singulare, & determinatum, sed etiam ex ipso modo significandi, quod verbo imperativo denotatur, sed importatur; ut patet in forma Graecorum utente verbo, *Baptizetur*. Cum igitur verba forma Chaldaeorum practice, seu ut practica formaliter prolatæ aequivalent verbis imperativis, videatur in eis ultraque persona tam baptizantis, quam baptizati, sicutem virtualiter, & implicitè significari.

7. Postremo dico, mihi ob dictas rationes satis probable esse prædictas Chaldaeorum formas, ut in substantialibus sufficiens posse Summi Pontificis auctoritatem, ad evitanda scandala tolerari, quod posset ex aliis formis sacramenti Baptismi confundiles, aut etiam majores habentibus defectus significatio[n]is confirmari, quas tamen nonnulli ex præcipuis Doctribus validas esse jucicarunt.

8. Nam, ut definit Nicolaus Papa respondens ad consulta Bulgatorum, & habetur de consecratione dictum, 5. can. 4. Baptismus ab Apostolis datum in nomine Christi validus fuit eo quod implicitè continebat invocationem Sanctissime Trinitatis; & Gloss. in primum cap. de Baptismo, &

eius effectu, dicit validum etiam nunc futurum esse baptismum, si in eadem forma conferetur, quæ fuit sententia Ambrosij in 1. b. de Spiritu sancto cap. 3. Bedæ in Actis Apostolorum cap. 10. Bernardi Epist. 450. Hugonis de sancto Victore lib. 2. de Sacramentis, part. 6. cap. 2. Magistri in 4. sent. dict. 3. Adriani quæst. 2. de baptismō; quam etiam videtur approbare Cajetanus in 3. part. q. 66. art. 5. licet omnes alij Patres, & scholastici cum D. Thomas in alleg. quæst. art. 6. oppositum teneant; quorum loca, & dicta diligenter adnotavit Suarez in dict. art. 6. d. 21. sent. 3. & Valquez d. 143. Praeterea Sanctus Ambrosius loco notato, cœlitus, baptismum datum in nomine unius Personæ Divinæ; quæcumque illa sit, validum esse dummodo vera fides omnium trium retineatur; quia in una persona tres omnes virtutes continentur; quod tamen D. Thomas in d. art. 6. reprobat. Insuper Sanctus Bernardus loco citato affirmat baptismum datum sub hac forma: *Baptizo te in nomine Dei, & Sanctæ Crucis validum esse, quia nimivm in nomine Dei, tres omnes Divine Personæ implicitè significantur*. Ex quibus probabilis aliquo modo reddi videtur eorum sententia, qui dicunt ab validum baptismi sacramentum non esse necessariam explicitam, sed sufficere implicitam Sanctissimam Trinitatis invocationem. Ex quo sequitur, multo magis esse probabile valere baptismus, in quo solum implicitè significatur persona baptizata. Hæc dixi, ut iteratae vestrae petitioni satisfaciam, sub censura Sanctæ Sedis Apostolicae, cujus judicio hæc, & omnia mea subficio.

9. Hæc omnia docet Nazarius, acutè quidem excogitata, & quæ satis curiosa Lectoribus visa non dubito; Et in eorum gratiam conabor hanc sententiam ita confirmare. Hæc forma baptismi Chaldaeorum esset invalida, vel quia non exprimit personam baptizantis, vel quia non exprimit personam baptizati, vel quia actionem baptizandi significat præteritam, sed hæc omnia non obstant, ergo baptismus cum tali forma collatus erit validus. Probatur prima pars, nempe non esse invalidam talem formam, quia non exprimit personam baptizatam; Nam aliqui esset invalida forma Graecorum approbata ab Eugenio IV. in Concilio Florentino, videlicet, baptizetur servus Christi, in qua licet persona baptizati significetur in generali, seu vagu, satis determinatur ablito prædicto, prout hic, & nunc exercetur circa talem personam. Nec amplius significat in rigore forma Graecorum, quam refert Florentinum; nam vox, *talis*, significat solum individuum vagum: & alij Doctores ponunt illam formam per hæc verba dumtaxat: *Baptizetur servus Christi*, &c. Ubi solum in generali significatur persona baptizata. Sic docent Layman sive in Ref. seq.
præ, & Paulus tom. 3. tractat. 19. punct. 5. num. 5. quibus additum Franciscum Lugo de Sacrament. lib. 2. capite 7. quæstione secunda, num. 14. Sed in nostro casu idem accedit, quia mulier baptizata, licet vagu determinetur, satis in particulari prædictæ per ablationem designatur. Ergo talis forma erit licta.

10. Quod autem sit licta quoad secundam partem, non obstante quod actionem baptizandi significet ut præteritam; Probatur ex auctoritate Divi Thomæ, ubi supra, quia hæc verba: baptizata est, non præsupponunt rem conceptam, sed illam faciunt, & veritas dictorum verborum non supponunt rem significatam, sed intelligentia sunt secundum ultimum instantis in quo terminantur,

Antur, ut in Sacramento Eucharistia illa verba.
Hoc est Corpus meum : ut observat Serra in 3. part.
Divi Thomae, quæst. 71. art. 5. & ibi Lessius n. 14.
Sed hæc omnia possunt applicari in casu nostro ;
nam verba illa, Baptizata est, vel Baptizatus est,
intelligenda sunt secundum ultimum instantem, in
quo Minister proferuntur, & in quo gratia Sa-
cramentalis proferuntur. Ergo baptismus cum tali
forma collatus erit validus. Confirmatur. Nam
forma Graecorum dicitur: Baptizetur servus Christi,
in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti ; & tamen, ut recte obseruat sapientissimus
Lessius in tercia parte Divi Thomae, quæst. 66. art. 5.
dub. 2. num. 18. is qui baptizatur nondum est ser-
vus Christi, ergo illa verba (ait Lessius) non vi-
dentur vere prolatæ ; Sed ego respondeo, quod
ille talis efficitur servus Christi per Baptismum in
ultimo illo instanti, quo proferitur forma, idèò
pro illo instanti intelligenda sunt dicta verba, li-
cet anteprædicta, & idèò optimè vocatur servus
Christi. Sic & in casu nostro dicendum est, ver-
ba illa, Baptizatus est, vel Baptizata est, non esse
falla, nec tempus præteritum respicere, sed ultimi-
num instantem, in qua terminantur verba formæ,
& in quo vere dicitur, Baptizata est, vel Baptizatus est. Itaque in casu nostro dicendum est,
quod Minister Chaldaei utuntur verbo illo actum
ablutionis significante, propter modum habet imper-
antem, cum significet actum ablutionis, ut ex-
euntem à baptizante, & ut directum ad singula-
rem illam personam; que actu abluitur à Ministero;
& cum invocatione Sanctissimæ Trinitatis vide-
tur legitima.

11. Sed his minime suffragantibus, ego puto
non esse admittendam sententiam Nazarij, ex ra-
tionibus superioris adductis, & stante praxi, De-
claratione, seu Traditione Ecclesiæ, qua ita in-
terpretavit verba illa Math. ultim. Baptizantes
es, &c. ubi profecto persona, qua erant bapti-
zande fuerunt expressæ. Vide Dicatillum cuius
verba adducam in sequenti Refolucione. Deinde
Nazarius pro firmanda sua sententia admittit tan-
quam probabiles aliquas opiniones, quas com-
munit Doctores tanquam improbabiles refel-
lunt; & idèò vide Tannerum tom. 4. disputatio-
ne 4. quæstione 1. dub. 3. num. 91. & alios ubi su-
pra. Ergo, &c.

12. Nota hic obiter Eminentissimum Cardina-
lem de Lugo, in Reffond. Moral. lib. 1. dub. 3.
per totam latè disputare; An sit valida forma ba-
ptismi, qua utuntur in Dalmatia, Ego te Christi-
zo, seu Christianum facio, in nomine Patris, &
Filii, & Spiritus sancti; & ejus doctrinæ ego
adhæreo.

RESOL. LXI.

An forma baptismi in Ecclesia Graeca sit ipsa? Ba-
ptizetur, vel Baptizatur servus Christi, &c.
Et difficultas est, an validè in utraque forma bap-
tizetur?

Et an in ipsis formis exprimendum sit nomen suffi-
cientis baptismum in particulari?

Ex quo deducitur baptismum apud Gracos fa-
cilius sine expressione personæ baptizata per
nomen, aut pronomen esse sub conditione ite-
randum.

Et an ita baptizans sine expressione personæ & no-
minis baptizati peccet mortaliter. Ex parte de-
Tom. I.

cima, tractatu decimo sexto, & Miscell. 6. Re-
solut. 93.

§. 1. **E**sse hanc ultimam obseruat ex Filliucio, sup. contenta
Pater Gelvaldus in Theolog. moral. tom. 1. tis in hac
tract. 1. cap. 5. ubi sic ait: Notandum, quod Gra-
ci non dicunt, (ut aliqui putant) Baptizatur, id tam doctri-
nae Ref. legi la-
timorum existimantur) sed dicunt Baptizari: id
est, Baptizatur, per modum Indicativum tempo-
ris praesentis; ita enim habetur in Rituall Graeco-
rum, quod bene admittit Filliucius tom. 1. tr. 2. de
baptism. c. 3. & alij.

2. Et hæc forma sufficiens est ad perficien-
dum verum Sacramentum, secundum omnes ut
pates per Concilium Florentinum, in decretu Eu-
genij, & ex ufo antiquissimo Ecclesiæ Graecæ;
Unde credibile est, eam accepisse à Sanctis Pa-
tribus Episcopis Catholicis, qui consueverunt
ita baptizare, ne Ministri viderentur sibi irraga-
re efficaciam Sacramenti; & illius schismatis occa-
sionem fugerent, cuius fit mentio Epistol. 1. ad
Corinth. cap. 3. Quando unusquisque de suo Mi-
nistro Baptismi gloriabatur dicens: Ego sum Pauli,
ego Cepha. Quapropter increpavit eos Paulus
dicens: Numquid in nomine Pauli baptizari
estis? Et sic introducta fuit hujusmodi forma,
qua in essentialibus non differt à forma Ecclesiæ
Latina; nisi tantum materialiter. Ita Gelvaldus:
cui adde Eminentissimum Dominum meum Cardi-
nalem Lugo de Sacram. in genere disp. 2. sett. 6.
num. 42. & Petrum à Sancto Joseph. in Theol. Sa-
cram. cap. 9. resol. 4.

3. Verum alij afferunt, formam baptismi Gra-
corum esse, baptizetur servus Christi. Et ita do-
cet novissime Franciseus Lugo ubi suprà, Nazarij
tom. 8. opusc. 3. cap. 1. Trullench. de Sacram.
lib. 2. cap. 1. dub. 4. num. 2. Martinon de Sacram.
tom. 4. disput. 23. sett. 2. num. 17. & alij communi-
ter. Difficultas est, An validè in utraque forma
baptizetur, & negativer responderet Hurtadus, de
Sacram. Baptism. disputat. 1. diffic. 8. ubi sic
ait: Unde in forma Graecorum, baptizetur talis
servus Christi, in nomine Patris, & Filii, & Spi-
ritus sancti, neque subintelligi, à Christo, vel à
Deo, sed à me, quia baptizans loquitur secum,
quasi cum altero, uti non raro fit. Et id denotatur
verbo illo Imperativi, baptizetur, quia eo ipso
quod imperativè baptizat, dicendo, baptizetur,
denotat se habere potestatem ad baptizandum,
& esse qui baptizat? quia si eam potesta-
tem non haberet, inepit diceret, baptizetur,
quia imperare proprium est habentis potesta-
tem. Dirigitur autem dictum imperium non ad
effectum ipsum, quia effectus non significa-
tur à verbo, baptizetur, quia in primis non si-
gnificatione verbali, quam habet ex hominum
impositione, ut patet, nec significatione sacra-
mentalí, quia hæc significatio convenit toti for-
mae, & toti materiae proxime indivisibiliter;
sed dirigitur ad ipsummet Ministerum actu exer-
centem actum baptizandi, non imperium stri-
ctæ, & propriæ, fed latè, & impropriæ, quod
solum potest eo verbo significari, ad quem-
cumque dirigatur. Qui autem baptizatur abli-
que imperio, dicendo, baptizatur talis servus
Christi, vel baptizaris, non denotaret eum
Baptismum ab ipso procedere, quia non bapti-
zat imperativè, nec proferendo aliiquid, quo
id denotetur, ac proinde invalide baptizaret.

Ita ille,

D 3 4. Sed

4. Sed ego contra illum teneo sententiam Vazquez, quam etiam tenet Cardinalis Lugo, ubi supra, Gulielmus Estius, ubi infra, & novissime dominus Pater Leandrus de Saeran, tom. 1. tract. 2. disput. 3. quæst. 48. ubi sic ait: Dicendum, quod utraque forma sit vera: & quovis modo pronuncietur, validus fiat Baptismus: Quia in decreto Eugenij citato sic habetur: Non tamē negamus, quin & per illa verba, baptizetur (vel ut habetur in margine) baptizatur, talis servus Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti: vel, baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, verum perficiatur baptismus, &c. Ex Eugenio ergo, utroque modo ex dictis, pronunciatur forma; ergo quovis modo pronuncietur, valide efficietur baptismus. Ita ille.

Sup. sequentibus ab hinc usque in finem hujus Ref. latè Ref. practica & lege etiam doctrinā alio rūm ss. ejus secundū not.

5. Sed circa dictam formam Græcorum adest alia difficultas, An in ipsa exprimendum fit nomen sufficiens baptismum in particulari? & affirmativè respondet Estius in 4. sent. dist. 3. §. 3. ubi sic ait. Forma baptismi perpetuò, & constanter in Ecclesia servata haec est. Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti; tametsi pro eo quod in Latina Ecclesia, dicitur, Ego te baptizo; in Græca, baptizetur, vel baptizatur N. servus Christi, addito etiam ejus, qui baptizatur nomine, dici solet. Ita ille: Cui addo Cabreram in 3. part. D. Thoma, quæst. 66. art. 5. afferentem, ex Concilio Florentino, in forma baptismi apud Græcos non satis esse, si persona baptizata explicetur in communī, sed esse in particuli designatam, etiam in forma Græcorum dicendo: baptizetur hic servus Christi, forma namque Græcis ibi prescripta non est: *Baptizetur servus Christi*, sed hac, *Baptizetur talis servus Christi*. Ex quo deducit, baptismum apud Græcos factum sine expressione personæ baptizate per nomen, aut pronomen esse sub conditione iterandum. Et ideo Petrus de Ledesma, de Sacram. tom. 1. c. 5. conclu. 1. dub. 3. sic ait: Digo lo segundo, que me parece cosa necessaria, declarar la persona del que se baptiza, diciendo no solo en commun, baptizatur servus Christi; sea baptizado el siervo de Christo, sino tambien en particular. Esto prueban los argumentos, y razones hechas por la conclusion passada. Esto se convence, porque en la forma que usan los Griegos se dice, sea baptizado el siervo de Christo, Pedro, o Pablo. A cerca desto se ha advertir, que si alguno fuesset baptizado, no declarando en la forma la persona del que se baptiza en particular, peca mortalmente el, que lo baptiza, y ha de boluer a baptizarse de baxo de condicion: porque por lo menos es dudoso el sacramento.

7. At non defunt adhaerentes negantur sententiae, & ita novissime docet Pater Franciscus Lugo de Sacrament. lib. 2. cap. 3. quæst. 2. num. 14. ubi sic ait: Licet persona baptizati significetur in generali, seu vagè, satis determinatur ablitus practice, prout hic, & nunc exercetur circa talēm personam. Nec amplius significat in rigore forma Græcorum, quam refert Florentinum 3. Nam vox, *talis*, significat solum individuum vagum: & alij Doctores ponunt illam formam per hæc verba dumtaxat, *Baptizetur servus Christi*, &c. Ubi solum in generali significatur persona baptizata. Hæc Franciscus Lugo, adde Nazarium in tom. 8. Suorum operum, opus. 3. casu 3. ubi docet, quod in Romano Catechismo non reprobatur, sed magis approbatur forma in Ecclesia Græcorum confue-

ta: videlicet: baptizetur servus Christi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in qua nec persona baptizantis, nec persona baptizati exprimitur per nomen, aut pronomen aliquod singulariter personam à ceteris distinctam significans. Nec obstat, quod, in forma Græcis ab Eugenio prescripta ponatur dictio illa, talis, qua significatur determinandam esse personam baptizati per nomen proprium, aut pronomen: Nam dicit potest expressionem non fuisse appositam, ut omnino necessariam, sed ad maiorem expressiōnem, & perfectionem accidentalem; secundum quam similius esset forma Ecclesie Latinorum, quæ est omnium perfectissima. Unde Trullench, de Sacrament. lib. 2. cap. 1. dub. 4. num. 6. & alij asserunt formam sufficientem baptismi Græcorum esse. Baptizetur servus Christi. Et ideo non deseram hic apponere verba Caltri Palai, tom. 4. tract. 19. punct. 5. num. 5. sic afferentis: Ad baptismum enim necessario requiritur ea expressio, & determinatio persona baptizanda, ut ex ea expressione satis constet, neminem se ipsum, sed alium à se distinctum baptizare. Quod fieri non potest, nisi speciatim, seu generatim; directè tamen persona baptizanda exprimitur. Expressitur autem speciatim, si dicas. Ego te baptizo. Ego baptizo Caïum generatim, si sub forma Græcorum baptismum conficias, ut si dicas: baptizo servum Christi; servus Christi baptizetur. Ita ille.

7. Sed ego, ut consequenter loquar ad ea, quæ dixi in superiori Resolutione, puto in forma Græcorum exprimendam esse personam baptizatam; unde Pater Dicastillus de Sacrament. tom. 1. tract. 2. disput. 1. dub. 5. num. 83. sic ait: Circa secundum de persona, quæ baptizatur, convenient Doctores, ad essentiam, & valorem baptismi necessariò esse exprimendam, sive dicatur, baptizo te, sive, baptizo hunc, sive, baptizo Petrum, sive, tu baptizaris a me: &c. sive baptizetur servus Christi Petrus, &c. juxta Græcos. Constat hoc ex traditione, & usu Ecclesie, quæ ita intellecti verbis illa Matthæi ultimo, baptizantes eos, &c. ut Christus non solum voluerit, ut re ipsa baptizentur non baptizati, sed etiam quod exprimantur in ipsa forma baptismi quod satis congruens videtur; nam, si persona baptizati non exprimatur, nec actus ipse baptizandi sufficienter significabitur, nec denotabitur actus determinatus in individuo, qui determinatur per personam quæ baptizatur; sed solum significabitur indeterminatus, & indifferens ad hanc, vel illam personam, & ad personam ipsius baptizati, & alterius; quamvis enim persona baptizati, sit determinata hic, & nunc, si tamen ea non exprimatur, nihil in forma profertur, quo actus baptizandi denotetur determinatus, etiam proferatur, personam illam baptizando. Hæc Dicastillus, & ego.

RESOL. LXII.

Quidam Parochus post ablutionem statim pronunciavit formam Baptismi, queritur, an validè baptizaverit?
Et doctrina hujus questionis infertur, idem esse dividendum de Sacramento Ordinis, & Extreme Unctionis. Ex p. 3. tract. 4. Refol. 6.

§. 1. Negat.

De Sacram. Baptismi. Ref. LXIII. &c. 43

Sup. hoc s. §. 2. Negetivè respondent Scotus in 4. diff. 6. præ lego do-
ctrinam. Re-
sol. 5. & in
Cajet. tom. 1. opusc. tract. 26. de collar. ordinis. Na-
tum. 2. tr. 5.
var. 6. 22. n. 7. Zambranus de casibus occur. temp.
Rebol. 16. & mor. 6. 1. dub. 2. diff. 2. & alij. Et ratio est, quia ver-
itatem t. ba que sacramentum efficiunt, idem etiam signi-
fican, nisi autem cum verbis eodem tempore con-
curat ablution, falsa est enuntiatio verborum, Ego
nec valer,
& Repon-
te baptizo. Ergo nihil efficitur, atque adeo invali-
dum erit sacramentum.

2. Sed mihi contraria sententia probabilior vi-
vidis alij detur, quam docet Henr. lib. 1. de Sacram. in ge-
nere. c. 9. n. 10. ubi sic afferit: In confiendis la-
cramentis generaliter requiritur quedam conjunc-
tio, quia forma non actuat materiam, nisi aliqui-
litter conjunctam, & praesentem, idque maximè cu-
randum est in sacramento baptismi, sine quo nihil
prodest aliorum sacramentorum receptio, & in
sacramento Ordinis sacerdotalis, sine quo confort
ablution, vel consecratio Eucharistie, ut dum quis
aqua tangitur, vel dum tangit, aut acceptat vasa
facra, qui sacerdotio initiatur, debet minister pro-
ferre saltem partem aliquam verborum formam, si
tamen finita ablution profert statim formam, vel
finita forma abluaret, censetur simul moraliter, ne-
que est repetendus baptismus. Ita Henr. & post
illum docent etiam hanc sententiam Villalob. in
summ. tom. 1. tr. 4. diff. 2. n. 6. Layman in Theol.
mor. lib. 5. tr. 2. c. 7. n. 5. ubi ait, latius esse ad valorem
sacramenti, si moraliter, id est, secundum humanum
agendi, & loquendi morem concurrentia actio mi-
nistri, & proxima materia, videlicet ablution,unctionio,
&c. sicut in simili verè diceret censetur, Ego bibo,
qui poculum in manu capit, statim illud ori appli-
caturus bibendi causa, neque enim credibile est,
quod Christus Sacraenta ad moralem hominum
ulsum accommodata, metaphysico rigori adstrin-
gere voluerit.

3. Quamobrem quanta debeat esse conjunctio
inter materiam, & formam sacramenti moraliter
assimilari debet, & observari, ne fiat magna inter-
ruptio, ut ex modo agendi, & verba preferendi
intelligatur unum alteri accommodatum esse: ita
optime Layman, qui pro hac opinione citat etiam
Victoriam, & Suarez, duo lumina Religionis Do-
minicanae, & Societatis Iesu: sed pro curiosis ponam
hic verba Vincentij Fernandez de Heredia in
diff. de Sacram. in genere, p. 6. dub. 2. n. 8. ubi ita
ait. Qui baptizatur, potest ablution in totum ante in-
choatam formam, quinimò interposita brevi mo-
tula, exempli gratia, in qua posuit (ut ita dicam)
oratio Dominicana recitari, adjici potest forma bap-
tismi, & vice versa, quæ doctrina communis est
sacramentis Confirmationis, Ordinis, & Extreme-
unctionis. Ita ille. Sed hæc sententia videtur ni-
mus laxa, ac proinde non admittenda.

RESOL. LXIII.

An si finita forma, antequam finiatur ablution, infans
mortiarum, si adhuc baptizatus?
Idem est de sacramento Confirmationis, & Extreme-
unctionis. Ex p. 5. tr. 3. Ref. 17.

§. 1. Quando verba formæ prolata sunt, sed
ablution continuatur, adhuc Paludanus in
4. diff. 3. quest. 3. ad fin. existimat non haberi fa-
cramentum ante perfectam ablutionem, seu ultimam
immersionem, quod etiam docere videtur ibi
S. Thom. art. 4. q. 3. ad 3. suaderique potest, quia

ad minimum pertinet determinare quantitatem ma-
teriaæ, & illi applicare formam: ergo quamdiu ip-
se continuat ablutionem, censetur nondum appli-
cuisse formam, sed adhuc intendere illam appli-
care ulteriori ablutioni; ergo donec perficiatur
ablution, non est integer baptismus, nec proinde
fortior effectum. Confirmatur primò, quia in
consecratione minister potest determinare hanc,
vel illam panis quantitatem, & consecratio non
cadit nisi supra materiam ab ipso designatam: ergo
in baptismo similiter potest determinare ablutionem,
& supra illam solùm cadet forma; sed eo
ipso quod continuat ablutionem, censetur totam
illam determinare ut materiam sacramenti: ergo
donec perficiatur, non est sacramentum perfec-
tum. Confirmatur secundò, quia si peracta prima
immersione, v. g. perfectum est sacramentum,
conferrètque suum effectum, frustrà adderentur
aliae duas: ergo donec accedat ultima, non con-
ficit baptismus.

2. Sed his non obstantibus contraria senten-
tiam tenendam esse puto, quam tuetur Hurtadus
de Sacram. Baptismi, diff. 1. diff. 6. Ochagavia de
Sacram. tr. unic. de Sacram. Baptismi, q. 4. num. 9.
Granadas de Sacrament. in 3. part. contr. 4. tract. 1.
diff. 4. n. 14. vbi citat Suarez, Cajetanum, Sotum,
Valentium & alios. Nam eo ipso quod finitur for-
ma baptismi perficitur baptismus, antequam fini-
tur ablution, si quando finitur forma, sit ablution in-
choata, quamvis post finitam formam perseveret,
quia quæcumque pars ablutionis, utpote homoge-
neæ, est vera ablution: positis autem forma, & suf-
ficiente materia, statim perficitur Sacramentum,
ita ut non sit in potestate Minister perfectionem fa-
cramenti, seu sacramentalem significationem dif-
ferre. Et idem sentiendum est de sacramento Con-
firmationis, & Unctionis, cum enim primò habet
Unctio sufficiens ad Sacramentum, & prolatæ est
forma, intelligitur perfectum.

RESOL. LXIV.

An ubi mutus, & orbanus manibus occurruunt, & in-
fans est in articulo mortis, debeat ille ablution, &
hinc verba proferre, & sic dictum infantes bap-
tizare?

Et an hoc saltem sub conditione faciendum sit?
Et si postea occurrat opportunitas, an etiam sub
conditione Baptismus sit iterandus? Ex p. 3. tr. 4.
Resol. 11.

§. 1. Negetivè videtur respondendum, quia ap. hoc in
licet unus possit multos unica simul af-
fertione in calu necessitatibus baptizare, ita duo, &c.
vel plures non possunt simul baptizare, ut docent
conamuniter Doctores, sed hoc accidit in casu no-
stro. Ergo.

2. Sed ait Fernand. de Heredia diff. de Sacram.
Baptismi, part. 5. dub. 9. quia nonnulli graves DD.
contrarium in hoc necessitatibus confitunt, non dedecet in casu proposito sub hac conditione
interius concepta (si ita conferri Baptismus po-
test,) applicare baptismum, melius enim est (ut
ne solus in hoc calu judicem) dubium baptismum,
quam omnino nullum accipere. Cæterum, si infans sup hoc iu-
ille mortis evaderet periculum, esset iterum sub fra lege do-
conditione baptizandus. Ita Fernandez. Hæc sen-
tencia non videtur probabilis, cum DD. comuni-
alium ejus annos.

D 4 RESOL.

RESOL. LXV.

An mutus, si alij non invenirentur, possit in articulo mortis baptizare infantem illum abluendo, si alter manibus carente proferat verba forma? Ex part. 5. tr. 6. Ref. 2.

Sup. hoc in §. 1. Ref. præter. & in Ref. seq. & infra tom. 3. de sacram. Baptismi, dispat. 5. sect. 4. ubi sic in Ref. 70. §. ait: De tertio baptizandi modo Marsilius in 4. ult. & in t. 3. quæ §. 4. art. 6. dub. 11. validum censet fore Baptismum eo modo collatum in casu extrema necessitatibus: ut si puer mox moritur nullus adflet preter duos, quorum unus mutus esset, alter membris omnibus captus, hoc enim forma verba proferente, illo altero abluente, validum fore Baptismi sacramentum affirmat. Sed repugnat hac in parte ceteris communiter Theologis, tam antiquioribus, quam recentioribus, nominatiq[ue]m sancto Thome questionis hujus 67. art. 6. ad 3. & precedentis questionis art. 5. ad quartum. Ita Maratius, cui adde Ochagaviam de sacram. Baptismi tract. un. q. 1. n. 10. Probatur hac opinio. Primum, quia Sacramentum quod in extrema necessitate validum est, etiam extra illam est validum, & è contra; sed Baptismus in isto casu collatus, etiam juxta auctores opposita sententia, nullum valorem sortitur extra calum necessitatis: ergo neque etiam in illo collatus valorem sortiri poterit. Roboratur secundum hac opinio, quia in primis non valet Baptismus ille collatus catechumeno in extremis constituto sub hac forma. Ego te Baptizo, quia si denotent actionem abluente exterius corpus illa verba, & significent interiori animi ablutionem, forma est falsa, quia ille, qui profert verba, & qui pronunciat se abluere non abluit corpus, ut supponitur: ergo cum hac forma nullum omnino redditur Sacramentum.

2. Si verò prefata forma denotet collationem sacramenti Baptismi, eodem modo falsa est forma, quia ad hoc sine dubio requiritur eundem Ministrum & proferre verba, & abluere exterius, quia utrumque denotatur per verba forma secundum illam significationem desumpta. Quia autem in predicto casu unus & idem Minister utrumque non exhibet, hinc est nullum inde resultare Sacramentum. Deinde non valebit predicatus Baptismus, si uterque ille Minister baptizet sub hac forma; Nos te baptizamus, quia ad hoc ut esset vera hæc forma, uterque deberet abluere, sumpto verbo *baptizamus* in prima significatione, vel uterque deberet abluere, & proferre verba formæ, sumpta forma verborum in secunda significatione. Sed neque tunc uterque ablueret, quia uterque manus non haberet. Neque uterque verba proferret, quia uterque lingua nūn non haberet; sequitur ergo neque etiam hoc modo Baptismum validum esse: ergo, &c.

3. Sed affirmativam sententiam præter Marfilum citatam tenet Fernandez de Heredia, & Joannes Chapeavilla, quos adduxi supra in tractatu de casibus occurrentibus tempore mortis, ubi hanc questionem etiam agitavi, & in 3. part. tract. 4. Ref. 11. Sed ego negativa sententia adhæreo. Verum ad magis practicabilia, ut nostri moris est, devieniamus.

Supra in Ref. 2. not. præterita. Quæ hic est Ref. 1. ante cedens.

RESOL. LXVI.

An tempore mortis, si quis accessum ad puerum non haberet, possit de longinquæ proferte formam, sub conditione, & jubere, ne aliud illum aquæ abluat?

Et si postea occurrat opportunitas, an etiam sub conditione Baptismus sit iterandus?

Et inter alia explanatur Baptismum à tribus ministris omnium iudicio esse invalidum, videlicet uno abluente, altero hec verba proferente, Ego te Baptizo, tertio ista subiungente, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

Et cursum inferioris ordinem datum ab Episcopo, & Presbytero simul; Episcopo videlicet imponere manus, Presbytero autem benedicere, seu proferente formam, irritum esse. Ex p. 5. tr. 3. Ref. 26.

Sup. hoc in 3. part. q. 67. art. 6. ad duabus præ. 3. & ex tribus absurdis, quorum unum est, validum cedensibus Ref. & infra Ref. 70. §. & in t. 3. quæ aliquo in 3. tr. 1. Ref. 1. casu ad Baptismi validitatem sufficit, ad ipsam quo- §. Secundo posset. pari ratione debere validum fore Baptismum sine verbis ullis ore prolati, aut in alio, quam naturalis aquæ liquore collatum in eo extrema necessitatibus casu, quo vel elementaris aqua adflet, sed adflet aliud liquor, quo puer mox morituri tangi posset, aut quo nullus adflet, qui puerum abluens loqui posset. Si enim, quia Baptismus puerum ad salutem necessarius est eo casu, quo non alter ipse conferri potest, quæ uno abluente, altero forma verba proferente validus est, ob eandem causam validus esse debebit eo casu, quo non nisi in alio, quam naturalis aquæ liquore, vel per eum, qui solis nutibus, & hujusmodi signis loqui potest, conferri poterit. Tertium est, eadem ratione validum Baptismum futurum, qui à tribus ministris, uno abluente, altero verba hæc proferente, Ego te Baptizo, tertio ista subiungente, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, qua validus foret, qui ministraretur a duobus, uno abluente, altero formam proferente, quoniam distinctionis nulla legitima ratio adferri potest. Sic autem Baptismus sic à tribus ministris omnium iudicio esset invalidus, quia idem, qui verbis his, Ego te Baptizo, profitetur se aliquem baptizare, profiteri etiam debet se eum, non in suo, sed in sancta Trinitatis nomine baptizare; ita sic ministratus à duobus censi ad certitudine debet invalidum, quia idem, qui abluit, significare verbis debet se abluere, & qui hoc verbis significat, se ipsa debet abluere. Et tandem hæc sententia probatur. Nam qui verba forma proferret, nec exterius ablueret, falsitatem diceret, & ideo nullum efficeret Sacramentum, utpote ejus ad effensionem, validitatemque forma veritas necessaria est, ideo autem non nisi falso proferret, quia sive dicaret, Ego te Baptizo, sive Nos te baptizamus, sive more Grecorum, baptizetur servus Christi, semper his verbis significaret, se exterius ablutionis actum exercere, neque tamen exerceceret. Et ideo hac omnia docet doctus Maratius in D. Thom. tom. 3. tract. de Baptism. dispt. 5. sect. 3. & Hurtadus de Sacram. dispt. 2. diff. 6. ubi citat Vafquez, Suarez, & Conink, quibus etiam adde Jacobum Granado in 3. part. de Sacram.

De Sacram. Baptismi. Ref. LXVII. &c. 45

exam. contr. 4. tract. 2. disp. 3. n. 9. dub. 2. n. 13. Tantum
nerum tom. 4. disp. 4. q. 2. dub. 1. n. 17. & Filliuclum
tom. 1. tract. 2. cap. 5. num. 77.

2. Sed his non obstantibus, in periculo mortis
ita puerum esse sub condizione baptizandum, ad-
notavi in 3. part. tract. 4. resolut. 11. docuisse Fer-
nandez de Heredia, cui nunc addo Caetanum in
3. p. 9. 67. art. 6. telle Hurtado ubi *suprā*, ac Mar-
tium in 4. sent. 9. art. 6. dub. 1. 1. putantes fore talem
Baptismum validum in casu extreme necessitatis,
ut si puer moritur nullus adesse prater duos,
quorum unus mutus esset, alter membris omnibus
captus, hoc enim forma verba proferente, illo al-
tero ablue, validum fore Baptismum affirman-
& casus posset occurere: & ideo etiam hanc sen-
tentiam docet novissime Joannes Chapeavilla de
modo ministrandi *Sacraenta tempore pestis*, q. 20.
de Baptismo. ubi sic ait: Potest occurere casus, quo
Pastor non possit ablue, possit autem formam
proferre, puta si nullus sit accessus ad puerum,
quia ades infecta sunt à Magistratu occlusa, ne-
que permettit accessum, quanvis injuste, vel si ipie
truncatus sit manibus, & alter qui adest non possit
formam proferre, in illo casu extreme necessitatis
licet juxta alteram sententiam hoc modo confer-
re Baptismum, quia melius est in tali extrema ne-
cessitate accipere Baptismum dubium, & aliquo
modo probabilem, quam nullum. Erit tamen illa
Baptismus sub conditione iterandus, si poitea oc-
cureret opportunitas recipiendi indubitatum Sa-
cramentum ab uno & eodem Ministro.

3. Dices, jure Canonico ordo datus ab Episco-
po & Presbytero simul, Episcopo videlicet im-
ponente manus, Presbytero autem benedicente, seu
proferente formam, irritus esse declaratur; ergo
nulli licet hoc modo baptizare, ut unus abluit,
alter vero formam proferat. Respondetur, negando
conquerientiam, non enim similis est casus ei, de
quo agimus; quia in sacramento Ordinis confe-
rendo Presbyter non potest esse Minister, & ideo
cum Episcopo non potest componere unum Mi-
nistrium, & ex hoc solo capite evidens est illam or-
dinationem fuisse irritam, & nullam; in nostro
autem casu qualibet persona concurrens posset
esse sufficiens Minister sacramenti Baptismi. Hac
omnia docet Chapeavilla ubi *suprā*, & hac sunt
placita Doctorum circa praesentem questionem,
de qua tamen infra in tract. de mutis iterum sermo
redibit.

RESOL. LXVII.

An infans moribundus, si ad illum non esset accessus,
sit baptizandus, aspergendo eum aqua?
Et an consuetudo Ecclesiastum baptizandi per im-
mersionem servanda sit?
Et, si in aliqua Ecclesia trina mersio usitata sit, an
una tantum adhiberi poterit cum integra prolatione
forma? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 19.

§.1. R espondeo affirmativè cum Chapeavilla
la de *sacram. Baptismi*, q. 19. ubi etiam
docet, quod si Pastor certò sibi persuadeat se
caput pueri aqua alpercere posse, licet illi ad vi-
tandum contagionis periculum huicmodi bapti-
zare, quia tunc cessat periculum nullitatis Baptis-
mi, cum constet per veram aspersiōnēm veterum
confiteri Baptismum.

2. Dicendum est igitur quamcumque ablutionem
sive fiat immersione, vel infusione, sive af-

persione, quantum ex se sufficere ad valorem, &
essentiam Baptismi, quia quæcumque ex his est
vera ablution, qua verbis formæ Baptismi signifi-
catur, quod etiam constat ex usu Ecclesie, qua
omnibus dictis modis usus est baptizare, nempe in-
fusione, ut modò fit, & immersione, ut olim fie-
bat, & ut modò in Manuali Romano fieri permit-
titur, & aspersione, ut ex sancto Laurentio in eius
legenda dicitur instant martyrio quendam aper-
sione aquæ baptizasse, & de Apostolis creditur al-
persone baptizasse, quando una die quinque milia
baptizantur ut dicitur *Act. 8.* & idem est de
ablutione facta tinctione, & idem docet Hurtadus
de *sacram. Baptismi* disp. 1. diffic. 4. & alij com-
muniter. In praxi tamen, secluso, ut diximus, ca-
su necessitatis, ut ablution liceat fieri, servandus est
modus in unaquaque Ecclesia pro tempore pre-
scriptus, & usitatus: licet Possevius de officio Cu-
rati, cap. 16. num. 6. Sotus & Henriquez, ut obser-
vat, nec improbat Granadus de *Sacram. contr. 4.*
tract. 1. disp. 4. num. 6. doceant non esse peccatum
mortale uno, vel altero modo baptizare, secluso
contentu. Sed hanc sententiam non approbat
Ochagavia de *Sacram. tract. de Baptismo*, q. 5. n. 8.

3. Notandum est tamen consuetudinem Eccle-
siarum baptizandi per immersionem servandam
esse, ut observat Layman lib. 5. tract. 2. cap. 4. n. 4.
excepto casu necessitatis, propter quem affusione
aque utendum etiam in Ecclesiis quibus aliquo
ordinarius baptizandi modus est per immersionem,
scuti *suprā* ex S. Thoma intelleximus. Deinde
si in aliqua Ecclesia trina mersio usitata sit, una
tantum adhiberi poterit cum integra prolatione
forma ob periculum mortis, ne infantem prius mori-
ti contingat, quam tres mersiones fiant. Ita etiam
docet Zambranus de *sacr. Baptismi*, c. 1. dub. 1. 2. n. 9.

RESOL. LXVIII.

An debeat omitti Baptismus propter periculum in-
fantis morituri, ut v.g. si puer sit ita tener &
delicatus, ut credatur Baptismum fore causam mor-
tis illius?

Et an baptizans in dicto casu sit irregularis?
Et cursim deducitur, quod licet potest Parochus au-
dire confessionem hominis qui aliqui morieruntur in
statu peccati mortalis, licet sciat inde sibi mortem
proventuram. Ex part. 5. tr. 3. Ref. 8.

§.1. V t v.g. si puer sit ita tener, & delicatus, ^{Sup. hoc in-}
mortis illius, & tunc si Baptismus diffiri sine pe-
nitentia potest, licetum, immo & obligatorium est: si ^{fia in Ref.}
pericolo potest, licetum, immo & obligatorium est: si ^{70; lege do-}
Et an consuetudo Ecclesiastum baptizandi per im-
mersionem servanda sit?
Et, si in aliqua Ecclesia trina mersio usitata sit, an
una tantum adhiberi poterit cum integra prolatione
forma? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 19.

§.1. R espondeo affirmativè cum Chapeavilla
la de *sacram. Baptismi*, q. 19. ubi etiam
docet, quod si Pastor certò sibi persuadeat se
caput pueri aqua alpercere posse, licet illi ad vi-
tandum contagionis periculum huicmodi bapti-
zare, quia tunc cessat periculum nullitatis Baptis-
mi, cum constet per veram aspersiōnēm veterum
confiteri Baptismum.

2. Dicendum est igitur quamcumque ablutionem
sive fiat immersione, vel infusione, sive af-

^{70; lege do-}
^{ct. Nam §.}
^{rum paulo}
^{art. 8. in fin. & Ledetima 1. 4. q. 7. art. 8. dub. 3. cum post ini-}
^{tium, à verbo,}
^{Sed quarto.}

MITON.
OPERA
Tom. I. & II
E III

flumen, & similes, & hi numquam licent, quia directe occidere innocentem est intrinsecè malum, numquam autem sunt facienda mala, ut eveniant bona temporalia, aut spiritualia. Deinde certum est, curandum esse diligentissime, ut tam in modo abluendi, quam in quantitate, aut qualitate aquae naturalis prospiciatur vita infantis, cui satè vix potest moraliter minimum nocere Baptismus, si circumspectè fiat. In casu ergo, quo adhibita omni diligentia crederetur mortem illius accelerandam propter Baptismum, licebit nihilominus eum baptizare, si alioquin credatur absque Baptismo moriturus. Probatur, quia id non est directè occidere, sed indirectè, permittendo scilicet vita detrimentum, quod aliqua ratione proveniet ex actione bona, nempe ex Baptismo; recte autem potest quis exponere vitam manifeste vita delictimi, propter maximum bonum spirituale. Cum ergo ex Baptismo pendaat in predicto casu salus aeterna infantis, licet permitti potest vita temporalis detrimentum. Confirmatur, quia licet potest Parochus audire confessionem hominis, qui alioquin morietur in statu peccati mortalis, licet sciat inde sibi mortem proventuram, ut bene Navarra lib. 2. de refit. cap. 3. part. 1. diff. 3. ergo licebit etiam ne puer in originali decadat, baptizare illum, quamvis propterea sit moriturus, ipse enim infans si foret sui compos, deberet ita velle, ac proinde nulla ei irrogatur injuria. Et haec omnia docet Granadas de Sacram. in 3. part. contr. 4. tract. 4. disp. 4. n. 6. & 7. & ante illum Zambranus de sacram. Baptismi, cap. 1. dub. 2. n. 11. & Moscosus in summa tract. 2. cap. 1. num. 5. in fine. [Si por desfondar un niño para bautizarle en el cuerpo, o por echarle agua en la cabeza peligrase su salud, o vida, no se ha de dejar de bautizar, porque esta muy puesto en razón, que se posponga su salud, y vida temporal en peligro por alcanzar la eterna.] Ita ille. Vide etiam circa praesentem questionem de Sacram. in 3. part. quaest. 66. art. 8. dub. 1. n. 84. Ex his sequitur baptizantem in nostro casu non esse irregularem. Ita Zambranus ubi supra n. 76. & alij.

Quamvis
non plene
sup. hoc, sed
an tensatur,
legi supra
ex Ref. 8.
doctrinam
eius § 1. &
2. & alterius
Ref. eius
prima not.

Sup. hoc in
Ref. not. pri-
maria hujus
Ref. in eo-
dem §. etiam
curiam in
fine.

RESOL. LXIX.

An si Tyranus velit infantem occidere, vel si dum agit animam, alio modo non potest baptizari, licet eum in puteum, vel flumen projicere; & ita sit baptizatus? Et an hoc idem dicendum sit de adulto Catechume-
no? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 14.

Sup. hac va-
liditate Ba-
ptismi in
eius pilmis
lin. & in aliis
verbi dicta
Ref. & pro
peccato à
lin. 6. pra-
citate Ref.

§. 1. Talem non esse baptizatum docet Cabre-
ra de Sacram. in 3. part. q. 66. art. 7. n. 17. Ledeina, Henriquez, Sylvester, & Sotus penes Vil-
lalobos, in summ. tom. 1. tract. 5. diff. 4. n. 7. Sed ipse merito affirmativam sententiam tenet, cui adde Ochagavia de Sacram. tr. 1. de Baptismo. q. 6. n. 2. & Joannem Praepositum in 3. part. q. 66. art. 8. dub. 1. n. 81. ubi citat Suarez, Valquez, Gabriem, & Victoriam. Idem etiam docet Ludovicus de San Juan. q. 1. art. 3. de sacram. Baptism. dub. 1. Gama-
chaeus in summ. Theol. tom. 3. in 3. p. q. 66. cap. 2. Layman lib. 5. tract. 2. c. 3. n. 5. Merarius in 3. part. tom. 3. tract. de Sacram. Baptism. disp. 2. sect. 3. & ratio est, quia in hoc casu non deficit forma, ut supponitur ab omnibus, nec deficit materia, nec sufficiens intentio Ministri ad Baptismum conferendum: ergo. Secunda pars antecedentis probatur. Materia hujus sacramenti est ablution, quæ, ut

oftensum est, potest inveniri sine emersione, & absque eo, quod pars, quæ dicitur ablui, detergatur aqua; ergo ex parte materiae in eo casu nihil deficit. Unde ex his contra Scotum in 4. distinct. 5. q. 3. Paludanum distinct. 6. q. 1. art. 3. Marsilius q. 4. art. 4. Sotum distinct. 3. quæst. unie. art. 8. & Sylvester ver. Baptismus. q. 10. sequitur quod ad valorem Baptismi, qui submersione fit, non sit necessaria emerio ipsi submersione succedens, ut tradunt Rosella ver. Baptismus 4. n. 1. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 20. sect. 3. Vasquez disput. 145. cap. 3. Conimchi. de Sacram. q. 6. art. 7. dub. 1. & alij, quia submersio corporis, quamvis ei non sucedat emerio, seu extractio illius est vera ablution, quia tunc aqua ita moveatur supra superficiem corporis, dum eam intrat, ut si folidum esset vere illud emundaret, ergo sufficiens est ad valorem Baptismi.

2. Sed difficultas est in casu, de quo loquimur, sup. hoc la-
an licet dictus infans in puteum, vel in flumen
projiciatur; & affirmativam sententiam docet Ocha-
gavia de Sacram. tract. un. de Baptism. q. 7. n. 2. ubi
hic afflert: Cum puer baptizandus jam animam
agit, & non est alia via illum baptizandi, nisi is in
puteum suffocandus projiciatur; tunc licet potest in
puteum projici cum intentione eum baptizandi. Ita communiter Doctores, & praesertim insi-
nuat Vasquez tom. 2. in 3. part. disp. 145. cap. 3. &
probatur ratione, quia in moralibus patrum pro
mihilo reputatur ergo illa parva, & penè insen-
sibilis mortis acceleratio nihil pendenda est in isto ca-
su, & idem credo propter eandem rationem posse
contingere in adulto catechumeno, quia ei difficilis est per contritionem justificatio, & medio Ba-
ptismi facilis. Ita Ochagavia. Sed adversus illum
insurgit Hurtadus de sacram. Baptismi dispu. 1.
diffic. 2. Gamachæus in summ. Theol. tract. 3. in 3.
part. D. Thom. q. 66. c. 2. Layman lib. 5. tract. 2. c. 4.
n. 5. Merarius tom. 3. de sacram. Baptismi, disp. 2.
sect. 4. & Praepositus in 3. part. q. 66. art. 8. dub. 1.
n. 82. sic afflens. Petes an licet puerum animam
agentem alias fine Baptismo moriturum projicere in flumen, ut baptizetur, & salvetur? Respondet
non licere, ut communiter Doctores. Ratio est,
quod nulli licet privata autoritate quempiam
occidere circa sui defensionem, etiam si alteri com-
modum aliquid accidat, cum non licet facere ma-
la, ut eveniant bona: si tamen aqua non posset alii-
ter haberi, posset puer per funem, vel canistrum
in aquam demitti, & forma prolata extrahi. Hec
Joannes Praepositus.

RESOL. LXX.

An si aliquis baptizaret infantem moriturum pro-
ciendo eum in flumen, vel puteum, quando alter
baptizari non possit, peccaret mortaliter peccato ho-
mididi, & irregularitatem incurret?
Et supponitur talen Baptismum esse validum.
Et queritur, an saltem licet tibi Baptismum proxime
morituro ministriare, ex cuius administratione
cognoscis mortem accelerandam esse?
Et an sic baptizans maneat irregularis?
Et notatur non valere Baptismum, si quis videat
puerum ab alio projici in flumen, vel puto, &
profesar verba forma.
Sed quid est dicendum, si puer è manibus baptizan-
tis fortè clapsus esset, & tunc ipse baptizans verba
forma proficeret?
Et an valeat Baptismus, si quis aqua defuerit è

De Sacram. Baptism. Resol. LXX.

47

testo submisit puerum abluendum, & verba baptisim proferat?
Et an mulier, que dannatur ad mortem, & est periculum, ne ex aliquo morbo una cum prole moriatur, possit servato juris ordine prius secari, si spes est, ut fictio ita baptizari valeat? Ex part. 10. tr. 20. & Mif. 6. Ref. 21. alia 20.

Sup. hoc in §. 1. Suppono tale Baptismum esse validum, ita deposito in Amicus, in Cur. Theol. tom. 7. disp. 11. vol. 2. Rel. praez. n. 28. & alii. Difficultas est, an si puer statim sit moriturus, ita ut acceleratio mortis non sit notabilis.

Sup. hoc posito ibi. in §. sed difficultas. s. p. hoc posato ibi. in §. sed difficultas.
Si aliquis ministraret tale Baptismum, incurreret irregularitatem, & peccaret mortaliter, & affirmativè videtur respondeendum; unde Castrus Palauis, tom. 4. tratt. 19. punct. 4. n. 12. sic ait: Omnipotens est, hanc Baptismi ministracionem proiendo baptizandum in flumen, vel puteum esse illicitem, & grave peccatum homicidij, tametsi alia via infanti ministrari Baptismus non possit, & timeatur statim moriturus; quia ea immerito aquæ per se, & directè tendit ad occisionem, ac ad infantis ablutionem, ita potius ad ablutionem per accidentem dirigitur ex sola intentione mergentis, ad occisionem autem, per se, & directè. Unde hic causus est longè diverius ab eo, qui oppugnans Civitem Bellicum tormentum projicit, quo cogho- scit ibi afflantem innocentem esse occidendum, & ab eo, qui fugiens mortem sibi imminentem puerum in via positum pedibus equi conculcat, & à muliere prægnante, quæ potionem sumit, ex qua prævidet infans in utero moriturum: quia mors ex his eventibus contingens contingit per accidentem, cum per accidentem sit, eo loci esse innocentem, quo bellicum tormentum projicit, & qua mortem tibi ab inimico imminentem fugis. Neque enim ex bellici tormenti projectione, neque ex fuga, neque ex sumptione potionis ad salutem convenientis mors alicujus per se infertur, sed solum per accidentem. Secundus est ex immersione infantis in flumen, vel puteum, ex hac enim per se directè, & necessariò mors infantis succedit. Non igitur esse potest licita. Ita Palauis, & magis individualiter Galpari Hurtadus de Sacram. Baptism. disp. 1. difficult. 5. sic asserens: Observandum tamen est, ut optimè Vafquez, & Agidius, Baptismum factum projectione, seu submersione baptizandi in puteum, aut in flumen, in quo moriturus est, quamvis validum, esse illicitum, quamvis baptizandus nequeat aliter baptizari, & si eo modo non baptizetur, sit absque baptismo moriturus; quia projectio haec per se, & seculi circumstantis, est directa occidio innocentis, ita inhumana, quæ adhuc ob salutem illius inequit à malitia excusat (quod ob rationem dictam contra Ochagaviam quest. 7. verum existimamus, quamvis baptizandum jam animam agat) ac proinde baptizans in calo dicto erit irregulatus. Ita ille: cui addit Averlam de Sacramento Baptism. quest. 66. sect. 4. qui etiam nominatum Ochagaviam impugnat. Vide etiam Dicastillum de Sacram. tom. 1. tratt. 2. disp. 1. dub. 3. num. 66. & Basseum in flor. Theol. ver. Baptism. 2. n. 7.

2. Sed contra Hurtadum, & Averlam in favorem sententiae Ochagaviae, assero illam etiam tenere Sotum, in 4. sent. disp. 3. quest. unica art. 7. Serram in 3. part. D. Thom. quest. 66. art. 7. & Mercurium de Sacram. quest. 66. art. princi. quest. 3. ubi sic ait. Notandum tamen est nullo modo ita esse baptizandum, ut scilicet Baptismus

mortem corporalem caufet, vel notabiliter acceleret; quia sic baptizando committitur homicidium, & incurritur irregularitas; non sunt autem facienda mala, ut eveniant bona. Addit tamen Sotus non censeri homicidium, quando minima esset mortis acceleratio per talen immersionem, propter certò imminentem mortem, quia minimum reputatur pro nihilo. Ita ille: & tandem novissime invenio, hanc sententiam docuisse sapientissimum Lessium in 3. part. D. Thom. quest. 66. art. 7. dub. 3. num. 33. & 34. ubi haec asserit: Hinc omnino consequi videtur, verè fuisse baptizatum infantem illum, de quo narrat Panormitanus, in cap. non ut apponeres, de Baptismo, & ejus effectu, qui instante morte cùm portaretur ad Baptismum, aqua haberi non posset in via, projectus est in puteum, adhibita legitima verborum forma. Ita enim sentit Panormitanus ibidem, & Gabriel supra, & Summa Rosella verb. Baptismus 4. num. 1. quamvis plerique alij in contraria sint sententia. Probatur, in priori casu infans est verè baptizatus: cur non etiam in hoc? Utrobius enim aquis mergitur, sed non emergitur: utrobius mors sequitur: utrobius adeit legitima necessaria forma, & intentio ministri. Nec refert, quod minister non immerget illum immediatè, sed ex loco remoto projectant: quia si fune eum dimitteret in calatho, esset verè baptizatus, etiam illorum iudicio: item si eminus eum aqua perfunderet. Neque etiam requiriuntur intentio elevandi ex aqua, nam in sola mersione, seu contactu aquæ perficit ablution. Denique non refert, quod ex tali projectione mors sequatur, & Baptismus ordinetur ad salutem infantis. Nam etiam si fontem baptismalem veneno inficeret, vel aqua fervente ad occidendum infantem uteret: nihilominus si verè intendas baptizare, erit ratus Baptismus: nam ablution antecedit mortem. Avertire tamen contrahit peccatum homicidij, si infans futurus erat superstes. Quod si mors omnino instabat, & alter baptizari non poterat, non videtur homicidij crimen. Hucusque Lessius.

3. Sed ut verum fatear, difficultas haec opinio mihi videtur, nam ut rectè observat Joannes Wigers in 3. part. D. Thom. quest. 66. art. 8. numer. 43. Id in praxi minimè tutum esset, quia incertum est de periculo tam instantis mortis. Deinde difficile esset apud Indicem hoc probare; & quamvis probaretur, forsitan nec sic satisficeret. Non audeo tamen sententiam adductam Lessii,

& aliorum tanquam improbabilem damnare; Sed sup. hoc sua quero, an saltum tibi licet Baptismum infantis ex lege doctrinam etiamin Ref. 68.

proximè morituro ministrare, ex cuius ministracione cognoscis mortem accelerandam esse? Respondendo primò cum Doctribus statim referendis, calum moraliter esse impossibilem: nam cùm Baptismus minima aquæ tepefactæ effusione confici possit, vix credi potest, ex ea mortem accelerandam esse. Sed gratis admisso accelerari, respondeo Baptismum administrandum esse. Tum quia non per se, sed per accidentem ex illa actione mors succedit, cùm per accidentem sit predicta Baptismi administrationi baptizandum in ea esse dispositione, ut actio ita humana, & temperata illi nocere possit. Tum quia documentum illud ita leve contemendum est, ne baptizandum in aeternum pereat. Et ita ex Vafquez, Coninch, & Layman, docet Castrus Palauis tom. 4. tratt. 19. punct. 4. num. 14. quibus addit Hurtadum, & Averlam, ubi supra, &

Gaspem

Caspensem in *Cur. Theol. tom. 2. tract. 27. dis-*
put. 1. sect. 2. num. 16. dicendum est itaque,
 quod quamvis baptizandus adēd infirmus sit, ut
 exiguae aqua aperitionem, qua baptizetur,
 ferre non possit, absque periculo vita (quod
 mortaliter accidere nequit) baptizandus est,
 ne moriatur absque Baptismo, quia acceleratio
 illa mortis hominis alias morituri, cui ratione
 dicta aperitionis exponitur, adēd exigua,
 & insensibilis est, & fit modo ita humano,

Sup. hoc in regularitate in fin. Ref. 5. & 6. & in tom. 3. tr. 7. ex Ref. 3. Vi- de §. Secun- dō posse.

ut ob salutem eternam non sit contra rationem, ac proinde si baptizans non manet irregularis quamvis re ipsa sequatur dicta acceleratio.

4. Nota verò hic obiter, non valere Baptismum si quis videat, puerum ab alio projici, & proferat verba forma; neque enim ille puer potest dici baptizatus, seu ablatus ab eo, qui illa verba protulit. Ita Dicastillus, ubi suprà. Sed contraria sententiam non minus probabilem existimat Leandrus de *Sacramento tom. 1. tract. 2. disput. 2. quest. 30.* Primo, quia si puer è manibus baptizantis forte elapsus esset, & tunc ipse baptizans proferret verba Baptismi, verè efficaret validum Baptismum: ergo & baptizans in nostro casu. Secundò, quia formaliter tunc verificantur verba Baptismi, licet materialiter ab ipso baptizante non esset puer absolutus. Sed ego non recedo à sententia Dicastilli: Puto tamen quod valeat Baptismus quando quis aquae defluenti è teste, submittit puerum ablendum, & verba Baptismi profert: quia in hoc casu, verè formaliter, & materialiter, infans denominatur ablatus a submittente, & proferente verba Baptismi; sicut denominatur à projiciente in flumen. Ita Leandrus, ubi suprà, quest. 30. & ante illum Bonacina de *Sacram. disput. 2. quest. 2. punct. 4. num. 25.* No-

Sup. hoc ultimo notato magis latè infra in Ref. 73. & 74.

ta verè hic obiter quod ex Coninch, & Suarez, docet amicissimus, & doctissimus Pater Antonius Escobar, & Mendoza in *Theol. mor. tract. 7. exam. 2. cap. 4. n. 13.* mulierem, quæ datur ad mortem, & est periculum, ne ex aliquo morbo una cum prole moriatur, posse servato juris ordine prius secari, si spes sit, ut fœtus baptizari valeat.

RESOL. LXXI.

An si pueri moriantur in utero matris, possint ibi baptizari?
Et quid, si mors matris inde sequatur, vel prevideatur sequitura?
Intra, an mater eo casu teneatur permettere, ut proles baptizetur? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 12.

Sup. hoc in §. 1. Ref. seq. & in 10. 1. tr. 1. difficult. 4. num. 4. ubi ita afferit. [Los niños, ex doctrina §. Primò, ut que están en los vientres de sus madres no se in articulo, pueden allí bautizarse.] & ideo Ochagavia de Ref. 3. *Sacrament. tract. de Baptismo, quest. 4. num. 5.* Ita afferit. Puer dum est in utero matris, etiam si arte obstericis eum aqua pertingat, nequit baptizari, quod expresse pater ex cap. qui in maternis, de consecr. dist. 4. ubi dicitur, non posse renasci secundum Deum, qui non est natus secundum Adam. Hæc ille, & plures discipuli D. Thom. cum ipso in 3. part. q. 68. art. 11.

2. Sed ego puto cum Joanne Präposito in 3.

part. q. 66. art. 8. dub. 3. num. 91. quod si actio ministri possit ad ipsum puerum, etiam in utero matris existentem, pervenire, nihil obstat, quo minus posset baptizari; ut si fistula possit pertinere ad ipsum infantis corpusculum, vel si propter apertam matris cicatricem aperio aqua possit ad illud pertinere. Probatur, infans in eo statu est homo distinctus à matre, & sufficienter natus ex nihilo, contraxitque peccatum originale; igitur si in eo statu aqua possit ad eum pertinere; baptizari potest. Unde sequitur, quod in necessitate possit hoc modo baptizari, quando scil. non a fulget spes, quod proles possit viva educi ex utero, & juxta modum à nobis positum possit illi succurriri. Ita Präpositus. Vide etiam Marchantium in resp. *Pastoral. de Sacram. tr. 2. c. 1. q. 2. cas. 4.* ubi testatur aliquos Theologos hanc sententiam docere.

3. Non desinam tamen hic adnotare eundem *Sup. hoc pri-*
Präpositum docere, quod licet mater viva exci-
di di nō possit, ut proles baptizetur, quia non licet
directe aliquem occidere, ut etiam bono spirituali
ejūdē, vel alterius propisciat, possit tamen
baptizari eo modo, quo diximus, si aqua ad eum
pertingere valeat, etiam si mors matris inde sequatur,
& prævideatur sequitura, quia in nostro ca-
si actio ministri non respicit interitum matris pri-
nam ad hinc termino, sed in executione habet aliud terminum,
scilicet ablutionem prolis, que in ratione
ablutionis materialis, est quid indifferens: in ra-
tione verò ceremonia sacramentalis est honesta,
& subsequens mors matris solum est permisita, at-
que adēd non imputatur ad peccatum; immo mater
eo casu tenetur permettere, ut proles baptizetur,
nam si cum certo vita corporalis periculo teme-
nur succurrere salutem proximi, quando mortaliter
certum est nos posse succurrere, & certum est eum
*alias peritum, eadem ratione tenetur in simili-
 bus circumstantiis permittere, ut cum aperto*
nostræ vitæ periculo aliis succurrat; quādū tamen
ex una parte non appetit morale periculum,
quod proles non poterit nasci viva ex utero, & ex
altera parte moralis spes, quod efficaciter poterit
ei succurriri in utero, Baptismum te ipsa conferendo,
mater non tenetur lese aperto vitæ discrimini
exponere, & proinde raro tenetur expondere se isti
periculo, cum raro omnes illa circumstantia o-
curredant. Huc usque Präpositus.

RESOL. LXXII.

An puer existens in utero matris possit baptizari?
Ex part. 2. tr. 15. & Mis. 1. Ref. 43.

§. 1. *N*egat Bonacina de *Sacram. disp. 2. q. 2. punct. 6. n. 6.* & Comitolus in *resp. mor. lib. 1. q. 13. num. 2.* Alexander de Ales p. 4. q. 8. membr. 7. art. 2. §. 1. Richard. in 4. dist. 6. art. 2. q. 1. D. Anton. part. 3. tit. 14. cap. 15. §. 1. Sylvest. ver. *Bap-*
tismus 6. n. 3. & alij. Nam ut ait D. Thom. in 3. p. 9. 68. art. 11. ex *D. August. Epist. ad Dardanum,* nemo renascitur spiritualiter, nisi prius nascatur naturaliter. Sed Baptismus est quedam spiritualis regeneratio; ergo non debet aliquis baptizari, priusquam ex utero nascatur.

2. Sed ego puto, posse puerum in utero matris baptizari, si in aliqua sui parte aqua lavari possit. Ita contra Comitolum, qui mordicus contraria sententiam tenet, sentiunt hi omnes, Zambran. in suis decis. cas. conf. c. 1. dub. 3. n. 6. Ledesma in 4.

q. 9.

De Sacram. Baptismi. Ref. LXXIII.&c. 49

g. 9. art. 11. Suarez tom. 3. in 3. part. q. 68. art. 11.
Valent. tom. 4. dist. 4. q. 1. p. 1. Alphon. Vivald.
in Candelabro aur. p. 1. n. 16. Victoria in sum. q. 32.
Gabriel in 4. dist. 4. q. 2. art. 3. dub. 2. & Coninch. de
Sacram. q. 68. art. 11. n. 90. Nam in tali casu repe-
riunt omnia essentialia ad Baptisum requisita,
nempe ablutione cum debita forma verborum.

3. Ad argumentum vero Comitoli, & aliorum
respondetur, ut quis possit per Baptisum renasci,
sufficit, ut ea precedat nativitas, qua quis de non
homine sit homo, modò possit lavari, ut patet in
iis, qui tantum manum exerunt, aut execantur ex
utero matris mortua, quo casu non nascerentur na-
turaliter. Ergo cum dicitur debere hominem prius
nasci ex utero matris, vel ex parte antequam bapti-
zetur, hoc non est intelligendum de propria nativi-
tate. Quacumque enim ratione fieri possit, ut
abluatur, id fatis erit ad valore Baptisimi, etiam si
propria nativitas humana non precedat, quia sub-
stantia Sacramenti consistit in ablutione cum de-
bita forma verborum; que quidem substantialia,
ut diximus, aliud in nostro calu.

RESOL. LXXIV.

An mater ad mortem condemnata, si morbo lethali
corripiatur, liceat secari, ut infans etiam moriturnus
baptizetur? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 13.

§. 1. * **A**d hanc questionem affirmativè re. * Sup. hoc
Bapt. q. 4. n. 6. ubi sic ait: Neque mater etiam vo-
lens esset secunda, & aperienda, etiam si in articulo
mortis, ut filius eruat, & baptizetur, quia non
sunt facienda mala, &c. si tamen esset ad mortem
damnata mater, efférre periculum ne ex aliquo
morbo ante partum una cum prole moreretur, pos-
set servato juris ordine prius secari, si esset spes
quod proles hoc modo baptizaretur. Ita ille, qui
citat Suarez & Coninch. alibi à me citatos in 1. p.
tratt. 1. Mscel. refol. 44. Quibus etiam addo Joan.

Preposit. in 3. p. q. 66. art. 8. dub. 3. n. 93. & Lay-
man. lib. 4. tr. 2. cap. 3. n. 2.

Qua hic est
Ref. antecé-
dens, & in
alia Ref. eius
tertiae not.

2. Non definam tamen hic adnotare contrarium
sententiam docere Episcopum Moscosum in sum.
tr. 2. c. 2. n. 2. ubi sic ait: [Estando la madre pre-
ñada y condenada à muerte, el derecho civil dis-
pone que no se execute la sentencia hasta despues
del parto, y si por alguna grave enfermedad, o por
razon del mal parto, està en peligro declarado de
muerte, y los medicos dicen, que no puede vivir
en ninguna manera se ha de abrir, para sacar fuera
la creatura, aunque no hayan faltado algunos Do-
ctores, que digan lo contrario.] Ita ille.

NITON.
PULSA.
Tom. I & II
E III

RESOL. LXXV.

An infans moribundus sit baptizandus in qualibet
minima parte sui corporis, v. g. Capillorum, un-
guium, pellis, quam Medicus Scundinam appelle-
bat, digitii, &c?

Et an vero, si puer evaserit periculum, effet saltem
sub conditione repetendus baptismus?

Et cum puer est in mortis articulo, an possit bapti-
zari cum forma dubia, si nemo adeat, qui sciat cer-
tam formam? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 4.

§. 1. **R**espondeo affirmativè cum Basilio Pon-
tio de Marim. lib. 4. c. 25. n. 7. Ocha-
gavia de Sacram. tr. unc. de Bapt. q. 4. n. 3. ubi sic
aferit: Ablutio cuiuscumque partis etiam minimæ,
sufficit ad hoc ut sacramentum Baptisimi valeat.
Probatur, quia illa ablutio sufficit ad rationem
baptisimi; per quam homo abfolvit, & simpliciter
dicitur ablutus, seu tinctus; sed contingente
aqua quamlibet minimam partem hominis, homo
dicitur simpliciter lotus, & tinctus; ergo ablutio
cujuslibet minimæ partis sufficit ad valorem bap-
tisimi; que doctrina adeò extendenda est, ut ad va-
lorem baptismi sufficiat aquam contingere tantum
capillos, ut notarunt Sotus in 4. dist. 3. quest. unc.
art. 7. §. 3. arg. & Valquez tom. 2. in 3. part. di-
sp. 146. Non quia capilli vivant, cum non au-
geantur per intus sumptionem, ut loquuntur Phi-
losophi, disputantes de argumentatione viventium,
qua ratione augentur viventia; sed augentur per
juxta positionem, sicut augentur omnia non vi-
ventia, sed ex eo capillorum ablutio satis apta ad
baptisum indicatur, quia illi reputantur tanquam
partes hominis; unde illis ablutis homo simpliciter
dicitur ablutus. Ob quam etiam rationem, si aqua

Sup. doctri-
na contenta in hac
Refol. usque
ad §. ult. in
tom. 3. tr. 1.
ex Ref. 3. §.
Primo ut in
articulo.

Sup. his ca-
pillis in §.
non prater-
ta & cursum
infra in §.
seq. hujus
Refol. post
medium, &
breviter in
principio
Ref. 4.

E Baptismi

Tractatus Primus.

50

Sup. hoc proprie finem Ref. seq. & lego §. nor. prima hujus Refolut. Et sup. hac secundinam. Et licet hujus Ref. & in principio Refol. seq. & lego §. nor. prima hujus Ref. & in tom. 8. tr. 8. n. 2. Zambran. de Sacr. Bapt. c. i. dub. 1. n. 7. & seq. Refol. & in cum aliis, tamen concedendum est tempore mortuorum. Et sic adhibendum esse Baptismum cum conditio videlicet & ideo Joan. Prapol. in 3. p. q. 66. art. 8. dub. 3. nam Ref. 6. n. 90. sic ait: Tempore necessitatis, quando major pars corporis aqua tincti non potest, cuncte periculum, ne infans alias decedat absque baptismo, potest sine ullo peccato in manu, pede, similique parte minori baptizari, imo & debet, quia nulla irreverentia erga Sacramentum confitetur committi, quod proximo alioquin perituro consulatur per medium probabile, quamvis incertum, cum melius sit pueru tale medium adhibere, quod forte poterit prodesse, quam nullum; si tamen puer evaderet periculum, esset saltem sub conditione baptizandus, ne ejus salus magno periculo exponoratur, si forte prior Baptismus fuerit invalidus. Idem dico de digito, licet de ea parte maius sit dubium, & aliqui assertentes de manu, negant de digito, ad medium, quia ex ejus ablutione homo non videtur posse diligenter, vel ci similiciter ablui. Dico tamen urgente necessitate, de qua supra, posse puerum in digito baptizari, si in alio § ejus solus is appareret, propter sententiam variorum, que in re latissim obliqua non est improbabilis, transfacto tamen periculo longè potiori in hoc casu rependens erit baptismo. Idem dico de capillis. Ita varijs, quamvis enim communis sententia Philosophorum non sint animati, sunt tamen hominis pars, & illis aspergitur abluvi; unde necessitate non occurrente parte certiore, potest in illis baptizari, qua transacta Baptismus, ut supra, est repetendus. Posset etiam involutus secundinus in necessitate baptizari, quia hujusmodi pellis, & tegumentum confitetur abluvi. Et hoc omnia docet Prapol. ubi supra, vide etiam Granad. de Sacr. in 3. p. controv. 4. tr. 1. disp. 4. n. 10. Hurtad. de Sacr. Bapt. disp. 1. diff. 6. Cabrer. de Sacr. in 3. p. q. 66. art. 7. Moscol. in summ. tr. 2. c. 2. n. 1. Layman lib. 5. tr. 2. c. 3. n. 3. & me citato, Sup. hoc in Torreblanc. in pract. lib. 2. c. 4. n. 32. tom. 3. tr. 3. Notandum est etiam hic obiter, cum puer est ex Ref. 3. §. Imo plus.

RESOL. LXXVI.

An Baptismus collatus in extrema parte come, vel in secundina, si jam deflueret, & quasi pendenter, sit validus?

Et supponitur Baptismum collatum in capillis, & super secundinam circundantem corpusculum infantis esse validum.

Sed notatur, quod Baptismus collatus in capillis debet postea iterari sub conditione.

Et quid est dicendum, si aqua Bapt. solum contingeret unguis? Ex p. 10. tr. 16. & Mil. 6. Ref. 19. alias 18.

§. 1. Suppono baptismum collatum in capillis, & super secundinam esse validum, sic ego

cum pluribus alibi docui, & Castrus Palauus tom. 4. Alibi in Ref. tract. 19. punct. 4. num. 7. & 8. Sed difficultas est, si sol. præter aqua solum effunderetur super extremam partem capillorum pendentium ab utroque capitum latere, & extra ipsum caput, quæ pars ab aliquibus ligari pro secundina, ibi si riosus, & non passim obvius, & videtur prima facie affirmativè respondendum, quia sicut est pars corporis, & sicut vivit, & vegetat capillus brevis, & capillus longus, sed baptismus collatus in capillo brevi est validus, ut diximus, ita & baptismus collatus in ultima parte come pendenter. Sed ego vide doctrinam Ref. in tom. 1. tr. 11. diff. 1. num. 52. & 53. ubi sic ait: Capilli etiam non vivant vita hominis, sunt tamen partes homini naturaliter coniunctæ, sicut etiam unguis, arque hoc sat is est, ut homo dicatur abluvi, & aspergi per ablutionem, & aspergitionem illatum partum; quod ego maximè verum puto, quando capilli breves, & dentes ipsi capiti infunduntur, tunc enim magis mihi clarum videtur, quod homo illis ablutus, & aspergitur lavari, aut aspergi, non tamen ita mihi certum appareat, quando capillamentum defluit usque ad talos, vel usque ad genua, aut furas, extrema tantum capillorum madeantur. Eodem modo notat Vasquez ex Rosella, & Silvestro, valere sacramentum quando infans recentis natus baptizatur in secundina, id est pellicula illa, in qua nasci solet; quamvis enim alioquin inclusus corio, si supra corium infunderetur aqua non valeret baptismus, nisi penetraret aqua usque ad carnes, juxta numeri dicta; tamen, quia secundina est veluti pars infinitus etiam illa non penetratur, valebit baptismus. Verum ex hoc ipso confirmarem ego quod nuper dicebam de capillis, si enim pars quedam secundina non praecia à reliquis non circundaret partem corpusculi, sed jam deflueret, & quasi pendenter, durum mihi videatur, baptismus in illa parte defluentem factum dicere esse validum, quamvis validum sit in parte inexistenti, aut circumdante corpusculum: ergo pari ratione in extremo defluentis comedere capillit baptismus non erit validus: certè mihi valde dubium est, & multo mihi minus videtur Baptismus validus collatus in solis capillis, quam in manu, aut pede, & tamen plerique de illo valde dubitant, ut paulo post videbimus. Hucque Dicastillus, cuius sententiam inuenio novissime firmatam ab Eminentiss. Card. Lugo in Ref. mor. lib. 1. dub. 1. n. 9. quia at ille si ablutionis unius digiti pedis non sufficit ad baptismum, juxta communem sententiam, multe minus sufficit ablutionis extremae partis come pendenter, quæ minus videtur pertinere ad hominis complementum, quam digitus. Est autem magna differentia inter capillos illos, qui caput ipsum tegunt, & illos, qui ex capite pendenter per humeros, qui certè non sunt capitum pars, nec qui illos tangit, dicitur caput tetigisse; quare nec qui illos abluit diciter caput ablueret. Secundus dicendum est de illis, qui in capite sunt, & illud tegunt; sunt enim quasi pellis, & cutis externa ipsius capituli; quare sicut tangens cutem capituli, vel illam abluiens, dicitur tangere, vel ablueret caput, ita & qui capillos tangit, vel abluit. Quod à posteriori constare potest, quia si aliquis videret extremitatem solam comedere Petri ex humeris pendenter, & nihil aliud, non dicetur vidisse Petri caput; si tamen vidisset caput ipsum ita capillis cooperatum, ut cutem, aut carnem non videret, adhuc dicere potest vidisse: Unde apparet cæsiariem pendenter ad humeros non esse partem capituli, sicut sunt capilli in ipso capite positi, &

De Sacram Baptismi Ref. LXXVII. &c. 51

hac sacrilegia impedienda homo tenetur Baptis- in aliis Ref
mum iterato sub conditione recipere. eis prima
et ius eius probabilem; ergo, &c. Respondeo ne- not. & si
gando consequentiam, & dico, assumptum praesenti gnatuer pro
proposito minus solide applicari: nam cum DD. af- prima diffic.
ferunt aliquem, relata sententia probabili posse hujus Ref. in
adhaerere contraria etiam probabili, non volunt id lege à §.
esse verum, quando probabilitas solum versatur circa Non defini.
re ius naturam, aut conditionem, sed quando sen- ulgu in fi
tentia inter se sunt contraria in ordine ad proxim. nem Ref. 3.
quarum una asserti aliquid citra peccatum fieri & hic supra
posse, alia negati, in nostro vero casu DD. non cen- in Ref. 3. §.
sent aliquem (falsum extra casum necessitatis, quando
sacramentum non potest aliter conferri, vel re- Nec tunc
cipi) posse absque peccato conferre, vel recipere ad medium,
baptismum in solo digito, v. g. capillis, manibus, vers. sublatu
&c. Sed solum assertum est probabile talem baptismum vel sublatu
esse validum, quo non obstante homo potest obligari ad suscipiendum iterato saltum sub tamen. & in
conditione, propter rationes allatas; & ita docet fin. Ref. 64.
Ioan. Præpol. in 3. q. 66. art. 9. dub. 2. n. 101. cum
eo etiam addit omnino videndum Ochagaviam de
Sacram. Baptism. tr. univ. q. 11. n. 11. & Coninch.
vers. cœte-
rum.

RESOL. LXXVII.

An in mortis articulo infans sit baptizandus in umbilico, per quem à matre fugit infans, & illi conjugitur?

Et in dicto casu ita baptizatus, an sepeliendus Ecclesiastica sepulta?

Ex p. 5. tr. 3. Ref. 15.

Quod hoc §. 1. R E solutio hujus casus, accipi potest ex Ia- cob. Marchant, in Candelab. Sacr. de re-

et doctrin. sol. qq. pastor. tr. 2. de bapt. c. 1. q. 1. cas. 2. ubi sic ait;

Si homo ut Quadrum obstetrix retulit mihi se, cum non posset

nasci. extra uterum habere aliam partem, quam umbili-

cum, per quem infans fugit alimentum à matre, &

illi conjugitur, baptizasse infantem in umbilico,

an sit valius baptismus? Existimo quod non, quia

umbilicus non censetur pars hominis, ideo que pre-

scinditur. Sed quærebatur, an talis infans deberet

privari Ecclesiastica sepultura? Consequenter re-

spondeo videtur, quod sic. Tamen contraria op-

inionem posset quis cum aliqua forte probabilitate

tueri, dicendo umbilicum non minus censeri ali-

quid infantis in tali statu, quam capilli censentur

aliquid hominis, sicut sint quedam excrementsa, si-

cuit & umbilicus, & ita sicut per capillos censetur

homo ablitus (ut multi docent) similiter videtur

per umbilicum dici posse infantem ablui, tanquam

per aliquid sui, quia etiam per illum aqua ad cor-

pus infantis censeri posset pertinere. Ob has &

similes rationes, que affecti poscent in favorem

pueri, & baptismi dati, non planè condemnarem, si

talis sepeliatur in loco sacro, quia saltem apparen-

aliquid jus ei possit a scribi ratione talis baptismi

disputabilis. Et quoniam longe inferior sit pars

favens, cur tamen debeat privari iure loci sacri, nisi

manifeste, & irrefragabiliter confitet privandum,

ive illi tale jus non competenter? Sic ille.

RESOL. LXXVIII.

An qui recipit in periculo mortis Baptismum ex op-
nione probabili, v. g. in digito, capillis, pedibus, ma-
nibus, &c. & in materia dubia cum gutta aqua,
&c. debetur, si vixerit, iterum sub conditione bap-
tizari? Ex p. 5. tr. 3. Ref. 11.

Quod hoc §. 1. A liqui videntur negare, quia satisfec-
ti in fine obligationi suscipiendi sacramentum,
sed & in suscipiens illud juxta sententiam probabilem, & ita
sit. ex Vafq. docet doctus Hurt. de Jaur. Bapt. disp. 1.
ut meā diffīc. 12. Sed contrarium videtur omnino verius,
ut tamē nam qui recipit dubium sacramentum, cū teneat
& iusta in tute sacramentum suscipere videtur gravioriter pecca-
tū. Itaq. re. ergo etiam is, qui in eo dubio permanet. Con-
statum, & firmatur, nisi moraliter confitet de valore baptismi,
pasalier alia sacramenta sacrilegē recipientur; igitur ad

Tom. I.

RESOL. LXXIX.

An si quis probabilitate putet se non fuisse baptiza-
tum, possit adhuc recipere sacramenta?

Et supponitur esse iterando omnes Baptismos sub con-
ditione, in quibus baptizans usus est opinione pro-
babili circa substantialia, v. g. circa formam, ut si ba-
ptizaret in nomine Christi, vel Genitoris, Geniti, &c.

Procedentis ab utroque, & sic de aliis formis dubiis.

Idem est circa materialia, ut si quis baptizaret cum
gutta aqua, cum lixivio, glacie, rore, vel nive non
dum resolutis; aut si baptizaretur infans non in
capite, pectore, aut scapulis, sed in manu, pede, bra-
chio, vel alia sui corporis parte.

Item si detur solum probabilitate applicatio materiae, vel
formae, aut aliorum essentialium, inter qua inten-
tio Ministri est, iterandum est Sacramentum sub
conditione.

Et in §. penult. hujus Ref. aliqui casus notantur pro
baptizatis, à diversis personis, & gentibus in ca-
su necessitatis, in quibus advertitur, quod Bap-
tismus debet iterari sub conditione.

Sed jam omnes dicti casus magis latè in suis speciali-
bus Resolutionibus in hoc novo Ordine ad hunc
tractatum sunt conducti, & in eo pertrafacti.

Sed adhuc super est difficultas, quid præstare debeat
Episcopos, Sacerdos, & Confessarius, ita quilibet
eorum dubius de suo Baptismo; an Baptismum ite-
rari sub conditione necessarium sit?

Et quid etiam prestare tenentur, qui Ordines ab
Episcopo, & absolumente Sacramentum perce-
perunt à Confessario de suo Baptismo dubijs? Ex
p. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 30. alias 19.

* Sup. his
(suppositis, &
seqq. magis
latè in suis
specialibus
Ref. supra à
Ref. 50. ut
que ad hanc
Ref. & in tri-
bus Refol.
seqq. & fi-
gnanter in
Ref. proxim-
me præteri-
ta, & in to. 3.
tr. 1. Ref. 3.

§. 1. * S uppono cum omni Theologorum sen-
tentia esse iterando sub conditione
omnes Baptismos, in quibus baptizans usus est op-
nione probabili circa essentialia, v. g. circa for-
mam, ut si baptizaret in nomine Christi, vel Geni-
toris, Geniti, & Procedentis ab utroque, & sic de
aliis formis dubiis; id est circa materialia, si bapti-
zetur cum gutta aqua, cum lixivio, glacie, rore, vel ni-
ve nondum resolutis; aut si baptizatur Infans non
in capite, pectore, aut scapulis; sed in manu, pede, per totam.

E 2 brachio.

brachio, vel alia sui corporis parte. Similiter si datur solum probabilis applicatio materiae, vel forma, etiam in casu necessitatis, aut aliorum essentialium, inter quae intentio ministri est, iterandum est sacramentum. Hoc supposito, ad propositum dubium sic responderet Dicatillus *tom. 1. de Sacram. tr. 2. disp. 1. dab. 9. num. 216.* qui habet baptismam tantum probabile, eo quod sunt probabiles opiniones ex ultra parte, interim circa periculum mortis eadem probabilitate potest aliqua sacramenta recipere, maximè illa, quae non sunt, aut possunt esse in damnum aliorum, v. g. Matrimonium, Penitentiam, Confirmationem, Eucharistiam: hæc enim omnia, interim dum non est periculum mortis, qua probabilitate potest se gerere pro baptizato, potest recipere, sicut enim probabile est illum esse baptizatum, & præcisè quantum attinet ad reverentiam sacramenti, non est peccatum, in eo baptismo permanere; eadem ratione non erit peccatum illa facere, ad que facienda jus habet baptizatus; qualis est usus predicatorum sacramentorum; non tamen licet recipere sacramentum Ordinis. Ratio disparitatis est, quia sacramentum Ordinis, maximè Sacerdotij (de hoc enim loquitur) ex se est ordinatum ad exercenda munera Ecclesie, quæ pertinent ad salutem animarum; qualia sunt, non solum sacrificia; sed administratio sacramenti Penitentiae, Eucharistie, & Extrema Unctionis; & multo potior ratione, si fiat Episcopus a quo plures alii Sacerdotes ordinentur; in quibus omnibus erit idem periculum cum eo ipso, quod ille non sit certo, sed tantum probabiliter baptizatus; eadem ratione ceteri ab illo ordinati tantum erunt probabiliter ordinandi, solumque erit probabile sacramentum quodcumque ab illis conferatur, quod in damnum multarum animarum vergere potest; atque ad eum, licet præcisè propter reverentiam sacramenti esset eadem ratio hujus, & aliorum sacramentorum, tamen propter damnum, quod inde oriiri potest, non videtur licitum. Hoc refert, si dicas, posse predicatum initiandum abstinere ab his omnibus muneribus praefandis, quæ vergunt in damnum aliorum: contra hoc enim est, in eo ipso apparet, non levem deordinacionem, stultitiam, aut imprudentiam, quod cum facile possit baptizari sub conditione baptismi certo, & indubitate, velit in has tricas se implicare. Præterea, valde absconsum videtur, Sacerdotij sacramentum suscipere, cuius nulla munera possit exercere sine aliquo detrimento suis, & proximorum, si enim absolvat alium, maximè in articulo mortis, & quando est aliud, qui sine ullo dubio sit Sacerdos, satis constat ex principiis traditis, illum peccare contia Charitatem proximi, quam tanto periculo exponit conferendo absolutionem non certam. Si vero tantum sacrificet, in hoc ipso etiam apparet non leve nocentium exhibendo Sacraicia dubia in Ecclesia Dei; & quasi decipiendo fideles, qui sèpè alium potius Sacerdotem, & aliud sacrificium, cui interest, eligerent. Accedit quod predicato Sacerdoti non videtur licitum, quantumvis alias apto, admittere manus Parochi, aut alterius habentis curam animarum, cui incumbit ex officio ministrare sacramenta; id enim est in damnum ovium, quas exponeret, pericolo suscipiendi sacramenta, que forte non sint vera: ergo nec cum animo abstinenti à munericibus, in quibus periculum proximorum esse possit, licet prædicatum sacramentum Ordinis admittere; cum vix imò ne vix quidem possit aliquod minus exercere proprium ordinis.

nisi in quo non sit periculum alicujus damni. Huc uisque Dicatillus.

2. Notandum est hic obiter, Quintanadven. *Sup. hoc pro in Theol. mor. tom. 1. tractat. 1. singul. 3. num. 3. do-* Hereticis in Rel. 1. post seq. 5. Sed quæs. *nam 2. patet, idem dicendum esse de omnibus in-* fantibus à parentibus, cognatis, obstetricibus, *Sup. hoc pro parte infra in Ref. 8. & in alio §.* vel ab aliis laicis, viris, aut feminis ob mortis periculum, aut aliam causam domi, vel alibi baptizatis, & tandem singul. 9. num. 3. docet, Infan- *cus not.* tem inter Catholicos expositionem ad Ecclesiæ, vel alijus domus valvas, scriptum habentem collo appennum, baptizatum esse testificans, esse adhuc sub conditione baptizandum; Sed aliqua ex his nimis serupulose dicta videntur.

3. Verum, quid dicendum de Episcopo sacer-*Sup. hoc in-* dote, aut Confessorio ita dubius de suo baptismo, ut iterari sub conditione necessarium sit; Quintanadven. *ubi supra singul. 10. num. 2. tenet,* & bene quod quicunque Episcopio, vel Sacerdos, qui probabiliter, aut prudenter dubius est de sui baptismo valore, omnes ordines suscepit, vel saltem sacerdotalem, & Episcopalem, potest, in modo & sub gravi culpa, tenetur sub conditione, iterum suscepere. At si autem aliquis curiosus inquirat, quid præstare debeant ij, qui ordines ab Episcopo, & abolitionem sacramentalem perceperant a Confessore, de suo baptismo dubius; Pater Quintana, *loci citato singul. 11.* respondet, quod iterari debent sub conditione, tam sacerdotium, quam Diaconatus, aut saltem in omnium sententia sacerdotium est repetendum. Qui vero sacramentalem abolitionem mortalium receperunt a Confessore, de cuius baptismo dubitatur, repetere debent omnes hujusmodi confessiones; sicut enim ille, de cuius baptismo dubitatur, sub eodem dubi gradu caret potestate ordinis, & jurisdictionis sine qua valida Penitentia sacramentum administrare non valet, sic etiam sub eodem dubio invalidæ omnino sunt absolutiones ab ipso datae, & ita debent ha confessiones repeti, sicut iterum confitenda sunt peccata mortalia, de quibus dubitatum, an absolute, vel ritè probata sint legitimo Confessario: aliter enim periculo se exponit penitenti non accipiendi verum sacramentum, & permanendi in mortalibus. Nec obstat dicere, quod penitentia potuerit per contritionem justificari, vel confessio-*Et* nem postea factam alteri legitimo Confessorio (si forsitan prior non fuisset vere baptizatus) quia de priori justificatione quis erit sine metu, cum certus esse nequeat, an ad veram contritionem pervenerit. Nec posterior confessio tollit, quod cum cognoverit defectum primi Confessoris, teneatur repperire confessiones illi factas; sicut tenetur confiteri peccata mortalia, quorum oblitus est in aliqua confessione valida, etiam si indirecte ab illis sit absolutus, immo, & illa de quibus dubitatur, an confessus fuerit, necne, vel quæ confessus fuerit coram Sacerdote, de quo prudenter dubitat an legitimam habeat jurisdictionem, nisi ad esset opinio probabilis, aut cum errore communis titulus coloratus jurisdictionem supplens.

RESOL. LXXX.

An infans repertua in valvis Ecclesie, vel alicuius domus sit baptizandus sub conditione?

De Sacram. Baptismi. Ref. LXXXI. 53

Et quid, si scriptum habeat collo appensum esse baptizatum?

Et anciam in dicto casu baptizandum est sub conditione, si predictus infans reperius fuerit in terris infidelium. Ex p. 5. tr. 1. 3. & Mifc. 1. Ref. 85.

effent pueri inventi, de quibus dubitaretur quibus signanter in
parentibus nati, an fidelibus, vel infidelibus, Ref. 3. not.
deberent sub conditione baptizari, ut salutis aet- præterita, §.
ra amittendæ periculum vitaretur. Et hæc omnia Difficultas.
docet Ochagavia, que alibi à me satis confirmata * Qæ nunc
sunt in addit. ref. 6. & nunc ad magis confirmata
in cor. 5. in tom. 5. in cor. 5. Ref. 42.

top hoc in §. 1. Quia casus sapientis accedit, sapientis de illo
adgendum est, & ideo in gratiam studio- Ref. 42.
ci Ref. 42. & forum apponam hic ea, que circa illum docet Mar- Sed an. & Candel. Sacr. qq. Paf. tr. 2. de Bapt. o. 2. q. 4.
Difficultas. ubi sic ait: Queritur an sub conditione repeti de-
bet Baptismus super pueris, qui reperiuntur apud
portas Ecclesiæ, vel Hospitalis? Respondeo primo,
hoc si nullum testimonium de baptismo eorum possit
haberi, baptizandus est saltem sub conditione.
Respondeo secundus, si scriptum habeant collo ap-
pensum, quo indicentur esse baptizati, res magis vi-
detur dubia, multi enim tunc putant ne quidem sub
conditione baptizandum; attamen Synodus Came-
racensis, (si res alter non posset constare) statuit
sub conditione baptizati posse. Ratio esse potest,
qui tale testimonium non est ita certum, ut fidem
indubiam faciat, ergo cum in casu dubij semper in-
clamendum sit in favorem baptizandi, ne periculo
exponatur eis falsus ob carentiam baptismi, & altera
ex parte examine diligenter praemulso, & condi-
tione appolita non videtur periculum reiterationis
baptismi, nulla videtur fieri tunc injuria sacramen-
to. Favent aliqua juris, c. de confecr. d. if. 6. c. placuit,
cum seq. Addo ego quod licet illud scriptum aliquam faceret fidem, quod sit baptizatus talis infans,
cum tamen ignoretur a quo, & quomodo, five an
debita forma, & à persona, que scripsit baptismi ri-
tum essentiale, non contingat talibus casibus qua-
ri tenebras, & ab idiotis mulierculis rem occulte, &
cum defectu essentiale peragi, non mirum si dicatur
hic aliquid ambiguum remanere, que sufficiat ad
reiterationem sub conditione, cum non possint sci-
ri & examinari persona, que baptizatum afferuerit,
vel illum administrarint, usciatur an ritè collatus
fuerit. Sic enim quando obsecrit baptismavit, vo-
lamus ut stricte & diligenter examinetur, ne error
aliquis contingat, quanto magis timeri potest, ne
in similibus casibus muliercula magis ignorans
baptizat. Hæc Marchantius.

R E S O L . LXXXI.

*An infans expositus ad Ecclesia, vel domus alicuius
valvas cum scriptura collo appensa baptizatum esse
testificante, sit baptizandus sub conditione?*
*Et inferior, quia ieiunendum sit de baptizatis domi
ab obstetricibus?*
*Et quid, si quares, an baptizatos ab hereticis liceat
sub conditione iterum baptizare? Ex p. 9. tract. 6.
& Mifc. 1. Ref. 34. alias 35.*

S. I. **D**OCTUS, ingeniosus, & acutus Author est Sup. hoc in Antonius Quintanady. Societas Jesu.
Is in Tosc. mor. tom. 1. tr. 1. jng. 9. n. 3. mordicus Ref. præteri-
affirmativam lententiam tenet. Probat hoc primò
ex c. Placuti, d. if. 4. de conser. ibi: *Placuit de in-*
fantibus, quiores non inventuimus certissimi testes, qui
eos baptizatos esse sine dubio testentur, &c. ab que ul-
lo scripulo eos baptizandos esse. Et in Rituali Ro-
mano Pauli V. §. De bapt. para. statutur: *Injunctio ex-*
positi, & iuventi, si re diligenter investigata de eorum
Baptismo non constet sub conditione baptizentur. Ubi
notandum verbum, *constet*, quod significat claram
probationem, ut notat Marchard. de probat. con. 75.
n. 21. At schedulam, nec nota sigillo, aut subscrip-
tionem formata, que à quo scripta indicet, firmum,
aut certissimum testem, aut confans testimonium
non esse, nec in ullo foro, & tribunal humana
facie, immo & nullo modo probare, docent Ro-
man. conf. 204. n. 3. & Card. Tusc. 1. 7. concl. 74. n. 25.

2. Probatur secundus, ex nonnullis Conciliorum,
ac Praelatorium decretis, in quibus statutum est con-
silio gravissimorum Episcoporum, & doctissimorum
virorum, ut hujusmodi infantes, etiam collo ap-
pensam hanc afferant schedulam, dummodo alia via
de baptismo non constet; iterum baptizandos esse
sub conditione. Sic in III. Concil. Mediol. sub S.
Carol. Borrom. iii. de Bapt. infant. fine, ibi: [Infans
expositus, licet appensum collo scriptum habeat,
quo ille baptizatus significetur; si tamen re diligenter
prærequisita, quemadmodum in Concilio Ro-
mano, ad hoc dubium sit, eum baptizatum esse, ea
conditione forma baptizetur; Si tu es baptizatus,
ego te iterum non baptizo, &c.] Unde colliges, sche-
dulam non existimari in hoc Consilio testimonium
adeo sufficiens, ut a baptismatione conditionali excusat. Idem statutum esse in Synodo Camarense testa-
tur Marchant. Candel. Sacr. tr. 2. de Bapt. o. 2. q. 4.
In Hispanensi Archiepiscopatu tempore sapientissimi,
& dignissimi Praefulis D. Petri Castro, &
Eduardo, & alio, indicio in ea actate essent; quod si in nemore

E 3 Quinones;

la hoc in
mat. tr. 1.
1. id est inter Christicolas & non credentur esse
infidelium. Nam si exponerentur inter infideles
Iudei & Iudæi, qui baptistum excolet, tunc etiam
veri & et secum habent testimonium, afferverans eos esse
baptizatos, effent saltem sub conditione baptizandos
etiam de his, quia tale testimonium suspicuum esse posset.
et quod Cum vero parvuli sine tali testimonio baptistim, in-
fantes, tunc Christianos exponentur, si aliunde eos non
ad hoc confiterentur esse baptizatos, baptizandi essent sub con-
ditione. Ratio cur non sine baptizandi absolute, ea
est, id est, quia fortasse patres oblitii sunt apponere sche-
dulam, etiam sunt pueri baptizati, vel pre angu-
stia temporis, ut peccatum adulterii, v. g. occulta-
tent, schedulam apponere pueri non potuerunt.
hæc hoc
cum in Nisi forte pueri expositi inter Christianos, & qui
ad hoc creduntur esse filii Christianorum excolere, & ex-
cludere, & alio, indicio in ea actate essent; quod si in nemore

Tom. I.

UNITON.
Opera
Tom. 1. & II
E III

Quoniam, consilio sapientium virorum idem sanctum, & observatum fuit; sicut etiam illustris D. Fr. Didacus Martones in sua Cordubensi Diocesis, Idem observandum jussit post sedulas doctissimorum Theologorum consultationes, ac affixum fuit Decretum hoc in S. Hyacinthi Xenodochio, necnon in Orphanotrophic Civitatis Toletanae, pro his expotis infantibus assignato. Sic etiam censere aliqui Theologi à Venetiarum Patriarcha congregati; licet alij oppositum affirmarint, ut testatur Comitus responsum lib. i. q. 1.

3. Probatur tertio auctoritate plurium Doctorum ex nostra Societate, qui de hac re conseruantur, & quorum subscriptiones apud me habeo. Ij ergo afferemus hos pueros, sive schedulam afferant, sive non, sine dubio baptizandos esse sub conditione, ab Episcopisque in suis Diocesibus hoc statuendum, & observandum. Sic docuerunt, & subscriventer sapientissimi Didacus Ruiz de Montoya, Michael Vasquez, Didacus de Cordova, Francisco Ruiz, Joannes Baptista Gonzalez, Franciscus de Aleman, Gundisalvus, Ramireze, Petrus Malgarejo, Joannes Baptista Lanzabeche, Ildefonsus Fernandez de Cordova, Joannes Monius, Ferdinandus de Mendoza, Matthaus Rodericus, ac ferre orines rem ex professo discuterunt. Hucusque Quintanaduenias, qui potest responderet ad rationes in contrarium: dicit enim, credi posse uni vetula, seu testi afferenti alicuius baptismum, non vero huic schedula. Primo, quia si vetula, seu testis, cognoscitur, quis, & qualis fuerit, & si ille fide dignus existat, dubium morale de baptismi valore tollet: at si non cognoscitur, ut contingit ex schedula, quomodo dignus fide existimandus. Quomodo ei credendum? quoque pacto moraliter certitudinem generabit? Porro scriptura huic eadem fides, quae scribenti, aut proferenti habenda est: & cum de scriptore non constet, neque de autoritate schedula, ut fidem faciat constare potest.

4. Ex his colligit, iterum baptizandos esse conditionaliter, non solum deinceps exponendos; sed qui haec tenus expositi sunt cum hujusmodi schedula; etiam si senes modo, & Sacerdotibus, ac Episcopis finit in omnibus enim eadem est dubitandi ratio, ac periculum salvationis perseverat. Quae omnia procedere putat, etiam si viginti, aut triginta diebus à nativitate exponentur infantes cum schedula; quod, scilicet, baptizari debent: adhuc enim perseverant, rationes dubitandi supra allatae. Sic viri dominum faciat consulti. Hac omnia Quintanaduenias.

5. Sed communis sententia Doctorum, quibus ego adhuc in p. 5. tr. 1. 3. ref. 85. & in Addit. ad p. 1. lin. 2. hujus loc. cit. resol. 6. est in contrarium. Ideo novissime dixit Bauhnius in Theol. mor. tom. 1. tr. 2. q. 18. in fine, [quod dubium facti est, cum absolutè incertum est, utrum baptismus verè fuerit unquam datus, pura, quia puer expotus in via est, nulla ipsi adjecta schedula, quae de baptismi ejus testificetur: in eventu utriusque dubii est hic iterandus sub conditione: quod si tale dubium non suppetat, est baptismi germinatio mortalis, utpote facilega secundum D. Leonem, & Augustinum.] Sic ille.

6. Verum, quia Pater Quintanaduenias pro sua sententia ex Authoribus impressis citat solum Merchantinum à me citatum; ego in ejus gratiam adducam virum doctissimum, S. Theologie Professorem in Academia Cracoviensi: & is est, Adamus Opatovius de sacr. tr. de bapt. diff. 1. q. 6. n. 49. ubi sic afferit: [Forma conditionata semper est licitum uti, quando est dubium, an sit ritè baptismus collatus. Sed, quando * obstertrix baptizat domi, semper est

* Sup. hac obstertrice in Res. seq. & in alio §. ejus anno.

dubium: nam perturbata ex subito easu, potuit in forma errare. Et experientia testis est, multas & in materia, & in forma errare. Tum plerique veneficiæ, quæ infantes sine baptismō, tanquam hostias diabolo, oblatas esse volunt. Unde cum illis dico qui affirmant securius esse, ut pueros domi baptizatos ab obstetricibus, sub conditione baptizent ministri.

7. Sed quæres, an baptizatos ab Hæreticis licet ^{sup. hoc fa-} sub conditione baptizare? Respondeo, quamvis ^{præ in Ref.} (ut jam determinatum est) sit baptismus validus, ^{72. cutum in §. penult.} qui ab hæreticis confutatur; præsertim si cum intentione Ecclesiæ debitam formam, & materiam adhibent. Sed, quia sapienter dubitatio exoritur de veritate baptismi collata ab Hæreticis, nam magno odio Ecclesiæ prosequuntur: tum, quia sœpe formas immutant, & materias sacramentorum contemnunt, & sicut ab Ecclesiæ ita ab ejus intentione animum aversum gerunt: id est Molanus *sua Prædicta* tr. 4. c. 3. n. 30. ait: Sepè deprehensionem est, necessariam eis in baptizando intentionem defuisse: unde tales sub conditione baptizantur.

8. De pueris vero expotitis, sive habeant in collo scriptum appensum, sive non, quod fuerint baptizati, dico, sub conditione esse baptizandos, non manifeste pereant.] Hec omnia Opatovius, quæ confirmant ea, quae idem Quintanaduenias allerit singul. 4. & 5. Itaque ex omnibus apparet, sententiam P. Quintanæ esse factis probabilem, & præsertim ex subscriptione doctissimorum illorum virorum ex Societate, quos ipse adducit.

R E S O L . LXXXII.

An infans in domo baptizatus ab obstetricibus possit iterum in Ecclesia baptizari sub conditione?
Et ita baptizans an peccet, & si irregularis? Ex p. 5: u. 13. & miscell. 3. Ref. 86.

§. 1. **A**d hunc casum affirmativè respondet ^{sup. hoc fa-} Francise. Sylvius in 3. p. D. Toom. q. 6. 6. ^{pra. in Ref.} art. 9. dub. 2. ubi sic ait: Et si qui baptizatum domi ab obstertrice postea sub conditione baptizat, non sit irregularis, queritur tamen an peccet? Verius arbitramur non peccare, quia semper licet ea forma conditionata uti, quando est dubium de baptismō ritè collato. Quando autem obstertrices domi baptizarunt, semper est ejusmodi dubium, ne vel subito necessitatis calu turbata, alter quam referant, dixerint, vel fecerint; aut semel & iterum deprehensa, quod bene baptizant, deinceps malitiose errant, ac nihilominus alterant, se more solito baptizasse. Experiencia enim notitia est multas in materia, vel forma errare, interdum per ignorantiam, vel turbationem, interdum vero per malitiam, quia sunt fortileg, sive ob aliud. Ut igitur parvorum saluti consularunt, securius est eos, tametsi ab obstertricibus domi baptizatis, postea baptizare sub conditione, nec potest in iterationis crimen venire, quod factum est omnino nescitur, ut ait S. Leo epist. 37. Hinc Molanus. ut *sua Prædicta* tr. 4. c. 3. sic loquitur. Et si obstertrices afferant se baptizasse infante, potest tandem cum in templum deferunt sub ultata conditione baptizari. Pastorale autem Mechlinense sic habet. Si re diligenter requisita dubium fuerit, utrum puer sit baptizatus, vel si sit baptizatus ab obstertrice sub conditione baptizetur. Et iterum conditionalis baptizatio facienda est circa infantes, qui ab obstertricibus baptizati esse referuntur. Contentis & Synodus Irenensis sub Martino Rythovio tit. 12. c. 3. Hucusque Sylvius.

2. Sed

De Sacram.Baptism. Resol.LXXXIII.&c. 55

2. Sed quicquid sit in illis partibus Germaniae ubi saepius obsterices sunt fortilegat, tamen in nostris partibus Sylvij doctrina non admittitur. Sed obsterices diligenter examinantur, ne error aliquis contingat, & non comperto, postea in Ecclesia supplerunt solemnitates omissas; diligentia vero cum supradictis facienda est a viris doctis, & interrogandi sunt individualiter de omnibus necessariis ad conficiendum Baptismum, videlicet de veritate forma, de quantitate aquae, & de parte corporis, ubi infans fuit baptizatus.

RESOL. LXXXIII.

An baptizati in periculo mortis debeant postea in Ecclesia ceremonias omissas supplere?

Et an si quis omittet supplere in Ecclesia solemnitates omissas in privato Baptismo sceluso scandalo, non peccet nisi venialiter? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 6.

§. 1. Respondeo affirmativè, ut constat ex usu Ecclesiarum, & colligitur ex c. 1. de Sacra non iterando. Atque hoc etiam de exorcismis intelligendum esse docet Richardus in 4. disp. 6. art. 6. q. 1. Vivaldus in candelabro de Bapt. n. 18. Victoria de Bapt. n. 38. & habetur in Pastorali Romano, eo observato, ut cum Minister homini baptizato demonis ejectionem, atque gratia celestis donum precatur, intentionem suam referat ad perfectiorem diaboli, qui nunquam omnino infestare desistit, repulsam, uberioraque gratia celestis communicationem; ut proinde non intelligam, cur dixerit Paulus Comitolus lib. 1. resp. moral. q. 12. facilius fore, & maximam Sacramenti injuriam, si Parochus pueri privatum baptizato, postea in Ecclesia exorcismos ad demonem profligandum adhibeat; arque hoc quidem doctrina de supplendis ceremoniis observari debet tempore pestilentia cessantis; cum enim infantes ex matribus peste infectis editi, in magno repentina mortis periculo versentur, frequenter accidit, ut privatin baptizati debeant, neque tunc vacat semper Sacerdotibus omissas ceremonias in templo supplerere, ideoque post pestilentiam, si supervivant, ad Ecclesiam ducent enim, & hac omnia docet Layman lib. 5. tract. 2. cap. 8. n. 9.

2. Notandum est tamen, Possessum de Officio Curati, cap. 6. n. 23. docere, quid si quis omittet supplere in Ecclesia solemnitas, omissas in privato Baptismo, secluso contemptu non esse nisi peccatum veniale.

RESOL. LXXXIV.

Qui sub nomine Principum in Rituali Romano Pauli V. & in Clementina unica de Baptismo intelligentur, ut eorum filii extra Ecclesiam in domo baptizari possint? Ex part. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 37. alias 38.

§. 1. Puto sub nomine Principis etiam intelligi Duces non recognoscentes Superiores, ut Dux Muniti, Dux Parmensis. Sed Pater Quintanadueñas in Theolog. moral. tom. 1. tract. 1. singul. 21. num. 3. ampliat vocabulum Principis: ait enim: Non ita strictè sumendum esse nomen Principis, nonnulli judicabant, cum Privilegium Principis latè sit interpretandum: sed filii Dūcum, seu los hijos de los Duques, y grandes de Espana, & de

otros grandiós Potentados de otros Reynos; seu, ut loquitur Granado tract. 4. dub. 4. Potentatus nobiles, possent ut hoc privilegio: præsertim si adit dispensatio, vel potius interpretatio: aut epicheia juris communis ab Episcopo facta, cum illud ob exiam nobilitatem, & dominio splendorem Principibus concedatur, ut innuit Glossa hic: & Vocabularia utriusque Juris, Principum nomine quemlibet sacerularem Dominum, ut 33. quæst. 5. & Prelatum Ecclesiæ, ut disp. 33. cap. Ecclæ, comprehendere doceant. Unde omnes filios, ac nepotes Dūcum, Marchionum, Comitum, & de otros Señores de titulo, con dominio superior, y vassallos, vel eorum, qui ratione muneris Principatum, seu præexcellenter honorem, aut prærogativam habent, ut Vicereges, Oratores Regum, vel Pontificum, vulgo, los Embaxadores, necnon supremi Praesides Senatus Regij Castellar, & forsitan aliorum, ut Ordinum, Indiarum, Belli, & Justitiae, dum hoc honeste, ac familia splendor fruuntur; ac his similes, sub hoc nomine non improbabiliter contineri aliqui forte existimabunt.] Ita ille.

2. Sed ejus opinio mihi non placet, & oppono Granadum ab ipso citatum in 3. part. contr. 4. tr. 6. n. 2. ubi sub nomine Principum assertum, quid comprehenduntur Potentatus nobiles, qui Regibus æquiperantur, ut sunt Dux Venetiarum, Dux Florentia, Dux Munita, & alij, quos dixi supra; non autem, ut vult Quintanadueñas, licet cum formidine, Magnates Hispaniarum, Oratores Regum, Praesides, Senatus Regij Castellar, & Ordinum, Indiatum, Belli, & Justitiae; nam ista persona non æquiperantur Regibus, ut loquitur Granado, inquit subjecti sunt Regibus, ut eorum vassalli. Ergo non possunt includi sub nomine Principum. Et ideo Castrus Palauus tom. 4. tr. 19. disp. unica, punct. 12. num. 16. sic ait: [Grave peccatum committeret, seclusa necessitate, qui extra Ecclesiam in privatis Oratoris hoc Sacramentum solerint ministraret. Excipiuntur Regum, & Principum liberi, id est, filii, & nepotes, tam naturales, quam legitimi superñorum Principum, hoc est, illorum, qui alteri subjecti non sunt.] Ita ille, cui etiam additum Franciscum Sylvium var. refol. tom. 1. verb. Baptismus, 4. concl. 1. in fine. Ergo omnes personæ numeratæ à Quintanadueñas non includuntur sub nomine Principum; quia, ut dixi, alteri subjecti sunt. Et pro hac sententia Palauus adiuxit Glossam, S. Valquez, Layman, Coninch, & Suarez: verum in gratiam Patris Quintanæ asserto, post ipsum eandem sententiam docere doctum Zipeum tom. 2. lib. 3. tit. de Baptismo, resp. 1. num. 2. ubi ait, quid in nostro casu sub nomine magni Principis, non tantum supremi, & his ferè proximi; sed & tituli eminentes intelligi posse videntur.

RESOL. LXXXV.

An licet baptizeni filii Hæreticorum, si sub cura parentum probabilitate timeatur periculum perversionis eorum? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 7.

§. 1. Negativam sententiam docent Fernandez de Heredia disput. de sacram. Baptismi part. 7. dub. 3. n. 8. & Coninch. de Sac. quæst. 68. art. 10. dub. unico num. 81. ubi sic assertum: Quando aliqui hæretici, vel apostatae habitant in iis locis, in quibus liberè exercent suam Religionem extra periculum mortis, eorum filii, non sunt baptizandi.

E 4. nū

nisi per separationem, vel aliam rationem possit caveri, ne parentes eos impiis sacris, & doctrinis imbuant, quia alias fieret contra dignitatem Sacramenti, quod probabilius magis obesset, quam proficeret. Ita Coninch, & Suarez in 3. tom. 3. diff. 41. sect. 5.

2. Sed ait Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 5. cap. 6. num. 12. contraria praxis apud nos à viris doctis, ac piis sèpè observata fuit, & recte quidem, quia periculum perversio non est adeò propinquum, aut certum, cum fieri possit, ut infantes ante ulum rationis moriantur, & per Baptismum salvantur, tum, quia plerunque spes non parva est, ut hereticorum liberi aliquando in fide Catholica instruantur, quam idcirco libentius recipiunt, si sciati à Catholicis Sacerdote se baptizatos fuisse. Addi etiam potest, tametsi à parentibus, & ministris suis hæreticis falsa dogmata edoceantur, interdum ignorantia difficulter vincibili laborare, & pertinaces hæreticos non effeūt proinde tales dogmata fidei baptismalis retineant, & salvari possint, si de peccatis post Baptismum commissis vera conversione doleant, per ea, quæ dixi lib. 2. tract. 1. cap. 12. num. 3. Hæc omnia Layman, & satis quidem probabiliter.

RESOL. LXXXVI.

An in mortis articulo filij Infidelium sint, invitis parentibus, baptizandi?

Et an, secluso mortis periculo, non sit licitum, invitis parentibus, baptizari à dominis suis filios servorum infidelium? Ex part. 5. tr. 3. Ref. 10.

^{Sup. hoc infra in Ref. 88. §. Excipe & in Ref. 90. § 2. pau- lò post initium à vers. Primus ell.} §. 1. **A**ffirmativam sententiam, cum formidine tamen, docet Sotus in 4. diff. 5. in fine, art. 10. Sed valde miror. Dico igitur audacter in tali casu filios infidelium esse invitis parentibus baptizandos. Et ita ex Soto, Aragonio, Acosta, Suarez, Henriquez & D. Antonino docet Jacobus Granado de Sacram. in 3. part. contr. 4. tract. 4. diff. 5. sect. 4. num. 19. quia cum est in mortis articulo, cenetur extra parentum potestatem, quia quod parum distat, nihil distare videtur, nec timeri potest periculum apostasie, & deceptionis, praesertim cum puer tunc sit in extrema necessitate spirituali, in qua non est confundens ita dependens a parentibus, ut propter illorum contradictionem damnandus sit in eternum. Et ita hanc sententiam præter Doctores citatos, docet etiam Hurtadus de Sacram. Baptismi, diff. 3. diff. 3. qui etiam diff. 5. recte probat cum Coninch de Sacram. q. 98. num. 10. dub. unic. num. 76. Valentia tom. 4. diff. 4. q. 3. Sup. hoc in punt. 3. Zambranus de Sacram. Bapt. cap. 1. amb. Ref. feq. & 11. num. 5. Azorius tom. 1. lib. 8. cap. 25. q. 10. se- cluso periculo mortis illicitum esse invitis parentibus baptizari à dominis filios servorum infidelium.

RESOL. LXXXVII.

^{Sup. prima diff. hujs tituli in Ref. feq. §. Secun- da. & magis late in tom. 3. tract. 1. ex Ref. 6. §. Sec quid.} Utrum licet baptizare infantes filios Infidelium, invitis parentibus, etiamque parentes infideles subditos Principibus Christianis: immo si fuerint Christianorum servi?

Et an, domini teneantur hoc facere? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 45.

§. 1. **P**rima sententia est D. Thom. qui assertit in 3. p. q. 68. art. 10. & 2. 2. q. 10. art. 10. id non

licere, etiamque parentes infideles sint subditi Principibus Christianis, * immo etiamque fuerint Christianorum servi: nam parentes iure naturali habent custodiam, & curam suorum filiorum, antequam ad usum rationis perveniant. Ergo nulla autoritate humana, sive Principum, & Dominorum, possunt hoc jure licite privari; privarentur autem, si ipsi invitis corum filij baptizarentur, &c. Hanc sententiam amplectuntur omnes discipuli Divi Thom. Caetanus, Sotus, Capreolus, Paludanus, Victoria & ali.

2. Secunda sententia est Suarez in 3. part. tom. 3.

diff. 25. sect. 4. Petri de Cabrera de Sacr. q. 68. art. 10. diff. unic. conc. 4. §. 7. Nugni tom. 1. in 3. p. q. 69. art. 20. diff. 2. concl. 3. Qui afferunt, parvulos infideles, qui sunt mancipia Christianorum, posse à dominis suis vendi, seu donari, & postquam haec via fuerint à parentibus substracti, licite baptizari possunt, etiam parentibus inconsultis, & reluctantibus; etiamque ipsi domini hac intentione, & fine venderent, seu donarent tales parvulos, ut à parentum cura substracti baptizentur. Prior pars conclusionis est certa; nam qui est dominus alicuius rei, potest illam pro libito donare, & vendere. Secunda pars conclusionis probatur, quia illi parvuli tunc non sunt sub cura parentum, sed sub cura illorum, quibus venditi, vel donati sunt; ergo parentibus inconsultis, ex consensu eorum, qui illorum curam gerunt, poterunt baptizari.

3. Tertia est sententia Vasquez in 3. p. tom. 3.

diff. 155. c. 4. num. 5. o. Luisi Turriani in 2. 2. tom. 1.

diff. 5. 4. dub. 2. Greg. Ruiz in suis controv. Theol. con-

trover. 1. 9. ubi ait: Non modo filios servorum infi-

delium vendi, & separari possunt à parentibus ut ba-

tizentur, & ita separatos baptizari recte possunt, si

diligentia adhibeatur, ne à parentibus aliquo modo

possunt conueniri, & subverti. Verum etiam ante-

quam separantur, & vendantur, sub cura parentum

existentes, sine peccato baptizari posse, si res ipsa ex

se consideretur. Et ad incommoda, quæ ex ista sen-

tentia sequi videntur, ref. ponder. n. 55. & 37. Nam

ante adultam etatem a parentibus separari possunt,

& sic nullam memoriam habebunt patrem infide-

litatis, & ceremoniarum, quibus contra Religionem

nostram parentis uti confluverant. Alterum in-

commodum, quoad scandalum patris, quia ipse

videns filium baptizatum contra voluntatem suam,

Judaicis, aut Mahometanis ceremoniis, circa fi-

lium utetur in Baptismi opprobrium, & Religionis

nostræ, ipsum circumcidendo, nihil obstat potest,

quoniam necessaria non sunt omittenda propter

scandalum, hujusmodi autem est Baptismus, quem

tanquam necessarium, dicitis infantibus tribui-

mus. Hæc Vasquez, qui in capite 7. cum Tur-

riano ubi supra, probat dominos præcepto chari-

tatis tenere tales parvulos sub cura parentum exi-

stentes baptizare.

4. Ad argumentum primæ sententia responden-

tut, ipsos parentes fieri indignos tali jure naturali,

ratione abutis, ideo nulli irrogari in iuria, dum à

domini destituentur suo jure iniuste posse. Un-

de Vasquez ubi supra, probat, parentes infideles

non habere jus, ut ipsi soli curam gerant salutis

spiritualis filiorum, nec permittant ullum alium in

filió emendare id, in quo ipsi erant. Neque enim

jus paternum naturale id concedere potest, neque

divinum id concessisse constat.

5. Omnes istæ tres sententiae sunt probabiles,

sed ultimam Vasquez libenter amplectit propter

favorem animalium dictorum infantium. De tota

hac quæstione vide Lorcam in 2. 2. Reginaldum

tom. 2.

De Sacr. Baptismi. Ref. LXXXVIII. &c. 57

tom. 2. lib. 27. cap. ult. à n. 68. Bonac. de Sacr. disp.
2. quest. 2. punct. 6. Valent. tom. 4. disp. 4. quest. 3.
punct. 3. Barthol. ab Angelis in exam. confess. dial. 2.
§. 27. Vegan in sian. tom. 1. cap. 33. cas. 17. Sylvium
in 3. part. D. Thom. q. 68. art. 10. concil. 1. & seq. Aze-
ved. tom. 5. lib. 8. rit. 2. leg. 1. n. 5. Affligh. dec. Neapol.
151. Ferreum vol. 1. cors. 76. num. 4. & 5. Perez
leg. 1. tit. 4. lib. 8. ordin. fol. 117. Sot. in 4. disp. 15. qu. 1.
art. 10. Ledesma in sum. tom. 1. de sacr. Baptismi,
cap. 8. à concil. 10. nique ad concil. 16. Coninch de
Sacr. tom. 1. quest. 68. art. 10. num. 63. Henriquez
lib. 1. cap. 25. per torum. Zambrano in suis decisi. cas.
conf. cap. 1. dub. 11. Yribarne in 4. sem. tom. 1. disp. 18.
sect. 1. Molcetum in sian. tom. 1. tract. 4. cap. 1. n. 50.
Muttinum in sua Theolog. mor. de Sacramento Ba-
ptismi, quæstione 14. Possevin. de officio Curati,
capit. 6. num. 14. & Azor part. 1. lib. 8. capit. 25.
quæstione 2.

luin Apostasie, & quod à patre perverteretur; in
eo ergo casu licet baptizari posset.

4. Excipienda etiam sunt mancipia, quia infan-
tes mancipiorum infidelium absolute sunt res
ipsius domini, qui habet absolutum jus ad prolem
à patre abstrahendam, vendendam, aut pro suo li-
bito educandam; atque adeò absque ulla servi in-
juria potest curare ut baptizetur, & in Christiano
ritu educetur.

5. Unde sequitur, infantes baptizatorum, quam-
vis haeticorum, & Apostatarum, validè baptiza-
ti invitis eorum parentibus; hi enim, cum ratione
Baptismi subditi sint Ecclesiae, possunt cogi ad ser-
vanda ejus præcepta; ac proinde ad baptizandos
fus infantes, ac proinde si hoc non faciant, eosdem
(ipsis invitis) baptizari posse.

6. Secundò sequitur, licet etiam baptizare fi-
lios infidelium, etiam in potentiam Christiano-
rum per injuriam veniant, quando eorum parenti-
bus restituïo non est possibilis, quia, ut recte
Coninch, quæstione 68. art. 10. dubia unico, per
hoc nihil, aut parum prejudicatur iuri parentum,
quia jus, quod habent ad educandam prolem, in
hoc casu illis omnino inutile est. Hucilque Cas-
pensis.

7. Dices primò; Potestas herilis solum se ex-
tendit ad officia civilia, unde quantumcumque
proles separantur, non potest dominus illi pro-
curare Baptismum qui est iuri divini. Ita Cajen-
tanus.

8. Resp. negando assumptum, & dico eum qui
habet mancipium posse, non tantum quoad corpus
de eo disponere, sed etiam secundum rationem gu-
bernare quoad animam. Quavis enim per ser-
vitudinem prolis non admittatur parenti facultas pro-
curandi eidem spiritualia, tamen eadem facultas con-
ceditur domino qui mancipium potest humano,
& Christiano modo gubernare, nullumque habet
fundamentum quod ea cura soli parenti competitat,
non etiam domino.

9. Hæc ratio non tantum ostendit problem abstractam posse baptizari, sed etiam posse in illum
finem abstrahi; quod est contra Sotum, quia si
actio ex se sit licita, non potest dici infici, & reddi
illicta propter illum finem ex se honestum, & re-
ligiosum, neque dici potest parenti fieri injuriam
si proles, quæ fine ejus injuria potest ex alio fine
indifferenti vendi, vendatur eo fine ut bapti-
zetur.

10. Dices secundò, facile fieri potest ut tales
infantes postmodum recedant a fide si in-
telligant se à parentibus abstractos ut baptiza-
tentur.

11. Resp. Primo, idem incommodum sequi
posse ex Baptismo collato filiis haeticorum, pro-
pter quod tamen non negatur Ecclesiae potestas
illos invitis parentibus baptizandi.

12. Resp. Secundò posse curari, ut cum ador-
leverint; in fide bene instruantur, & nulla
parentum mentio ingeratur; unde non debet
censi morale periculum, propter quod mor-
aliter loquendo non licet tales parvulos ba-
ptizare.

RESOL. LXXXIX.

An in tali casu licet dominis baptizare filios.
Infidelium, non separando illos à patribus?
Ex parte 7. tractatu 7. Resolutione 69. alias
68.

§. 1.

§. 1. **E**sse hoc illicitum, & contra Religionem docet Suarez in 3. part. diff. 25. sct. 5. Sed Valquez disp. 155. censet per se loquendo non esse illicitum, & quidem non esse contra justitiam faciliter potest ex dictis colligi; cum enim dominus habeat potestatem suum mancipium gubernandi, nullam parenti infere injuriam Baptismum illo invito procurando; non peccat etiam per se contra reverentiam Baptismo debitam, quia potest diligenter curare ne proles educatur a parente, cum accesserit usus rationis, vel problem, vel parentem vendendo, vel aliter occurrendo malo impendi. Quid si aliquis in particulari non possit insufficienter periculis occurrere, nullo modo debet problem baptizare invito parente infideli.

RESOL. XC.

An in casibus, in quibus licitum est baptizare filios Infidelium, teneantur domini hoc facere sub onere peccati mortalis? Ex parte 3. tractatu 4. Resolutio 1.

Quæ hic est §. 1. **S**atis probatum est in resolut. 45. tract. 1. supra Ref. 37.

Sup. hac obligatione in Ref. seq. & cursim in fin. §. Tertia Ref. not. præterit.

2. Non reticeam tamen contrarium docere difficultum Lorecam in 2. 2. quæst. 10. art. 12. disp. 37. n. 2. ubi sic asserit: Est dubium, utrum in omnibus casibus, in quibus concessimus filios infidelium baptizari posse, non solum licet, sed etiam subficta obligatio baptizandi; videtur enim subficta obligationem: quia in his, in quibus prodesse potissimum saluti spirituali proximi, tenemur prodesse lege charitatis, præsternum in re tanti momenti, qualis est suscepit Baptismi, & iis qui adeò indigent, ut sunt infidelium filii. Respondeo, in tribus casibus concessimus posse pueros infideliump baptizari. Primum est in articulo mortis. Secundus, si inveniantur separati à parentibus. Tertius, si filius servi separatur hac intentione. In primo cau

videri potest subficta obligationem baptizandi propter extremam pueri necessitatem; probabiliter tamen censeo non esse, neque aliquis hanc obligationem adstruit, quia totum negotium salutis pueri ante usum rationis commissum est parentibus, & idèo nullus alius tenetur de ejus salute sollicitus esse, neque puer extremè indiget, quandom per parentes illi provideri potest; & baptizare puerum infidelis occulere, aut cum diffidenz patris, extraordinarium medium est, & extraordianaria diligentia: ea vero, quæ extraordinaria sunt, potius sunt supererogationis, quam debiti. In secundo cau solum potest esse dubium, an puerum semel abstractum à parentibus licet iterum parentibus reddere sine Baptismo; nam si perpetuò permanens est apud Christianos, neque est copia reducendi illum ad proprios, non dubito, debitum esse eum baptizare. Et quidem si puer à parentibus injustè abstractus fuit, & potest illis restituiri, debitum est restituere, quia injuria illa semper (dum potest) resarcienda est, & idèo tantum absit, ut necessarium sit puerum baptizare, ut potius existigem non licere; si autem justè à parentibus abstractus est, puto quia fuit

in bello captus, aut emptus, probabilius censeo posse iterum parentibus restituiri sine Baptismo, quia ea quæ ad salutem spiritualem pueri pertinent, semper remitti possunt parentibus, quibus ex natura rei incumbit, quamvis prævideatur eorum negligentia, aut malitia, neque obligat alium haec cura ipsis valentibus, neque magis tenetur dominus retinere puerum, ut baptizetur, quam adulterum. In tertio casu dicendum est, non teneri dominos ad illam extraordinariam diligentiam alienandi servos, ut baptizentur, satis est si confermando eos in propria potestate, indicant parentes benigna persuasione ad suam, & filiorum conversionem. Hac omnia Lorca, ubi suprà, sed an probabiliter judicent viri docti; nam aliqui, doctrinam ejus in primo cau ab ipso posito, falsam esse existimant.

RESOL. XCII.

An domini, qui possunt proles suorum mancipiorum, illis invitatis, baptizare, ad id teneantur? Ex part. 7. tract. 70. alias 69.

§. 1. **N**egativè respondet Suarez in 3. part. diff. 25. sct. 6. Sed affirmativè sententia ad fe loquendo videtur probabilior; quia supposito jure Domini quod præberet facultatem procurandi Baptismum parvulo, charitas videtur obligare, ut res adeò necessaria illi procuretur, nec verum est hanc obligationem ad solos parentes spectare, nam potest spectare etiam ad alios respectu quorum parvulus est in gravi necessitate; ergo etiam ad Dominos, qui si reddant parvulum parentibus, vel vendant alii Ethnicis, de aeterna salute periclitabitur, de qua bene separari poterit si procuretur ei Baptismus, & inter Christianos educetur. Argumenta Suarez non tamvidetur probare Dominum non teneri procurare Baptismum, quando potest licet, quam non posse procurare sine peccato in circumstantiis ab eo positis, ut facile patet ea consideranti.

RESOL. XCII.

An filij Infidelium post septennium, si sit dubium, si uane rationis compotes, sint invitatis parentibus baptizandi? Ex part. 7. tractatu 11. & Msc. 2. Resol. 40.

§. 1. **N**egativè respondet Azorius part. 1. libro 8. capit. 25. quæst. 11. ubi sic ait: An filij infidelium statim atque sunt rationis compotes possint jure baptizante ablui, si id petierint etiam si annos pubertatis non excesserint, & licet remant eorum parentes. Respondeo, posse quia sunt facti sui juris in iiii, quæ ad suam salutem spiritualem spectant. D. Thom. part. 3. quæst. 68. artic. 10. Tab. verbo Baptismus 7. quæst. 10. Quæres; an jure queant Baptismo donari, si dubitemus sintne rationis compotes cum petunt Baptismum? Respondeo, in dubio meliorem esse conditionem possidentis unde invitatis parentibus qui possident, non sunt Baptismo abluendi.

2. Joannes Antonius Novarius in summa Bulgarum parte 2. titulo de Baptismo, numero sexto, & sepius, affirmativam sententiam docet; putat tamen hanc sententiam intelligendam esse cum grano falso,

De Sacram. Baptism. Resol XCIII. &c. 59

falis, nempe quod in tali materia debeat versari. Judicis arbitrium, in animadvertingo si puer hujus aetatis septem annorum sit vivacis ingenij, & malitiosus, ut intelligat quid petat, vel si sit obtusus, ita ut quid petat ignoret; quamvis si conjectura essent ambiguæ, tunc mihi suaderem esse faciemus interpretationem in favorem fidei, & sic pro Baptismo. Ita Novatius.

RESOL. XCIII.

An cognatio spiritualis contrahatur in Baptismo à Parenti, si non fuerunt designati etiam à Parochio, sed tantum à parentibus vel tutoribus baptizandi?

Ex quo alia deducuntur in texu bujus Resolutionis circa predictum casum. Ex part. 9. tract. 7. & Milc. 2. Ref. 50.

§.1. Sufficere tantum, ut sint designati ad munus patrini à parentibus baptizandi, & non immo à Parochio, docet Sanchez lib. 7. disp. 37. num. 15. & alijs.

2. Sed Texeda in Theol. moral. tom. 2. lib. 4. tract. 2. contr. 22. num. 25. putat hanc sententiam veribus Concil. Trident. sess. 24. de reform. matrim. cap. 2 contrariari: nam ibi dicitur sic: *Eos, qui à parentibus baptizandi designati sunt, ut officium patrini exercant, debere etiam à Parochio admitti.* Ex quibus verbis sic deducit argumentum contra hos Authores: Quoties in iure petitur aliquid, tanquam forma ad valorem aetus, illud ad unguum observandum est; sed ad exerceendum munus patrini in Concilio Tridentino exigitur, tanquam forma, ut ijs, qui debent esse patrini, designatur à parentibus baptizandi, & quod etiam admittantur à Parochio, ut receptores baptizati: ergo utrumque requiriatur, & unum sine alio non sufficit. Confirmatur: quia eodem modo loquitur Concilium de necessitate confignandi patrinos à parentibus baptizati, ac admittendi eos à Parochio.

3. Verum novissime Caius Palauus tom. 4. tract. 19. disp. unica, punti. 11. §. 2. num. 9. putat, neque designationem parentum, seu tutorem baptizati necessariam esse, ut verus patrinos sis, veramque cognitionem spiritualem contrahas, & in primis necessaria non est, quando unus tantum assumitur, qui tamen à parentibus baptizati designatus non sit. Contingere enim potest, parentes baptizandi Petrum in patrimum designare; Parochum vero, eo illegitimi repulso, te in patrimum admittere: tunc eo causa verus patrinos es, veramque cognitionem spiritualem contrahis; ut recte docuit Ludovicus Vega 2. paric. conf. casu 4. vers. Alteram. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 11. num. 3. Quia nullus est textus eam suscepit enim irritam reddens: neque credendum est, Ecclesiam velle eo casu Baptismum sine fiducijs celebrari. Deinde, si nullus est à parentibus, vel Parochio designatus, vel ex malitia, vel ex ignorantia; tu vero munus susceptoris obeas; quis negare poterit, te verum esse patrimum? siquidem intentioni Ecclesia te conformas. Neque praelumi potest, voluisse Concilium Baptismum solemniter celebrari sine patrino. Ob quam causam existimo, cùm nullus est à parentibus designatus, & plures simul baptizatum suscipiunt; omnes patrinos esse, veramque cognitionem spiritualem contrahere; quia ex duobus malis minus est eligendum. Etenim, cùm eo casu unum de duobus debeat contingere, vel Baptismum solemnem celebratum

esse absque patrino, vel omnes suscipientes patrinos esse; fatendum est, Ecclesiam velle hoc secundum, ne Baptismus solemnis contra consuetudinem à tempore Apostolorum probatam de patrino adhibendo celebretur. precipue cùm haec intentio conformis sit antiquis sacrorum Canonum institutis, cap. Non plures de confec. disp. 4. &c. fin. de cogn. spirit. in 6. à quorum decisione recessendum non est, nisi novis statutis derogatum sit, l. Precipimus. C. appellationib. Sed novo Trident. Decreto derogatum non est quoad hanc partem. Textus in cap. fin. de cognat. spirit. Si quidem Concilium solum à patrini munere, cognitionisque spiritualis impedimento exclusit eos, qui ultra designatos baptizatum tetigerint; supponens manifeste, designatos tangere, & veram cognitionem spiritualem contrahere. De illis vero; qui baptizatum tangerent, nullis designatis tangentibus, Concilium nihil expressit. Ergo de illis judicium est ferendum juxta antiquorum Canonum instituta, ac proinde affirmandum veros patrinos esse, veramque spiritualem cognitionem contrahere. Hec omnia Palauus, qui citat Coninch, Rebellium, Poneium, Layman, & alios.

4. Verum ego cum Martino Perez de matrim. disp. 29. sect. 5. m. 5. & communis sententia Doctorum dicendum patro, designationem patrinorum spectare ad parentes, vel ad illos, quibus incumbit cura baptizandi. Sic innuitur in Trident. & ita habet usus, & praxis Ecclesiarum. In horum vero defectum pertinet ad baptizantem, quia ei incumbit, ut legitimè Baptismus celebretur; quod non fieret absque patrino. Unde fit, ut si parentes ritè unum, vel duos designassent, non possent ipsi validè à Parochio rejici, vel alios designare: si enim id faceret, irrite facaret, nec ipsi fierent cognati. Si vero parentes nullum designare vellent, spectaret ad Parochum, vel si non ritè designarent, ut si designarent Hareticos, non baptizatos, vel alios inutiles. Et ita puto contra sententiam Texeda.

5. Contra vero opinionem Castris Palauis, & aliorum vide Suarez in 3. part. tom. 3. q. 67. art. 8. Miceratium tr. de matrim. disp. 9. sect. 9. n. 8. & Perez ubi supra, n. 9. affert, quod si nulli patrini designati sunt, omnes tangentes non contrahere cognitionem spiritualem: quia concilium simpliciter voluit, ut non possent esse plures susceptores, quam duo, nempe vir, & foemina; & adhuc voluit, ut qui futurus esset susceptor, esset specialiter designatus, & ad id munus admissus; & ideo qui designatus non est, nec ad id officium admissus, jam non est susceptor, & consequenter nec contrahit impedimentum: alioquin non evitarentur incommoda, que Tridentinum evitare intendit, si possent esse susceptores non designati ad hoc munus, vel plures quam designati. Firmo hoc idem: nam Decretum Tridentini irritat cognitionem inter patrinos non designatos, cùm illam restinguat ad pauciores personas: ergo petit designationem, tanquam formam, qua non servata corrut cognatio. Patet consequentia: quia Decretum irritans semper inducit novam actus formam.

RESOL. XCIV.

Aliqua curiosa circa Patrimum Baptismi notantur?
Primo, quod uxor simul cum marito filium alterius in Baptismo suscipiens, nulla autoritate reperitur prohibitum.

Secundo, quod duo viri etiam soli; aut duas mulieres etiam sole, non possunt esse susceptores in Baptismo: ex quo colligitur Parochum contra

ANTON.
OPERA
tom. 16 II
E III

contra hoc ex Decreto Concilij facientem peccare mortaliter.

Tertio, quod Hereticus possit in parvum admitti, cum Catholicus commode reperiri non possit.

Quarto, quod quando baptizatur filius parentum infideli, Minister baptizans, & tenens non contrahit cognitionem spiritualem cum his parentibus non baptizatis. Ex part. 9. tractatu 7. & Misc. 2. Resol. 51.

S. 1. **V**oxem simus cum marito filium alterius in Baptismate suscipere, nulla autoritate reperitur prohibitus, ut dicitur in can. Quod autem. 30. quest. 4. subditur tamen ibi. Sed dignum esse decernimus, ut utrique insimul ad hoc aspirare minime praesumant. Quod praterea quidam veniale peccatum esse existimant. Alij nullum peccatum esse dicunt, sed solum minus decens.

Sup. hoc infra, lego doctrinam §. 1. Ref. 96. 101. §. Quarto secundo, & seq.

2. Notandum est etiam, quod statuit Concilium Tridentinum siff. 24. c. 2. de reform. matrim. ut unus tantum, sive vir, sive mulier, iuxta sacramentorum Canorum instituta, vel ad summum unus, & una baptismatum de Baptismo suscipiant, &c. Si Parochi culpa, vel negligencia secus factum fuerit, arbitrio Ordinarii puniatur. Ex quo recte colligunt aliqui, duos viros etiam solos, aut duas mulieres, etiam solas, non posse esse susceptores. Alij colligunt, Parochium contra hoc Decretum facientem peccare mortaliter. Nonnulli tamen solum venialiter peccare existimant. Et omnia observat haec etiam Serra in 3. part. D. Thom. q. 67. art. 7. & Perez de matrim. diff. 29. sect. 5. n. 3. & 4.

3. Nota secundò, Hareticum posse in patrinum admitti, cum Catholicus commode reperiri non potest. Docet Layman lib. 5. tr. 2. c. 9. q. 3. in fin. Sed haec opinio admittitur in Castro Palao tom. 4. tr. 19. diff. in punct. 1. §. 1. n. 9. [Si Sacerdos timeret probabiliter, parentes baptizati graviter esse offendendos ob patrini haretici repulam, vel timeret delatuos esse filium ministri Haretico baptizandum; quia eo casu Sacerdos minus malum permittis, ut graviora evitet. Verum si absque gravi offensione parentum potest Sacerdos Catholicus Baptismum expulso patrino haretico ministrare, nullo tamen adhibito patrino; quia Catholicum adhibere non potest; credere potius debere ministrare Baptismum ab illo patrino, quam Partinum hareticum admittere.] Ita Palau, quod rationibus confirmat.

Quod hoc lego doctrinam §. Et post Ref. seq. & lego et in per totam, & si placet. Vide etiam Ref. ejus an. Notationem.

4. Nota tertio, quando baptizatur filius parentum infideli, ministrum baptizantem, & tenentem, non contrahere cognitionem spiritualem cum iis parentibus non baptizatis; sed posse liberer ex hac parte iniire cum iis matrimonium, si convertantur ad fidem, & baptizentur, censent Durandus in 4. diff. 42. q. 1. n. 9. Sotus q. 1. art. 3. Palatius diff. 1. Bartholomaeus Ledeckus de matrim. dub. 46. concl. 2. not. 1. Petrus Ledeckus qu. 56. art. 3. Sanc. lib. 7. diff. 60. Potius lib. 7. c. 40. Bonacina qu. 3. punct. 5. §. 2. n. 20. Rebellius de oblig. just. part. 1. lib. 3. q. 6. & quidem alij. Quorū fundamentum est: quia cognitione spiritualis est tanquam mutua relatio; sed infideles ex parte sua non sunt capaces hujus cognitionis; ergo nec etiam fideles, qui fuerunt ministri in Baptismo, contrahunt hanc cognitionem cum infidelibus parentibus filij baptizati. Alij vero putant, supradictos suos modo cognitionem spiritualem contraherere, ita, scilicet, ut non possint valide matrimonium cum iis inire, si convertantur, & baptizentur. Ita sentiunt D. Antonius in 3. p. tir. 1. cap. 15. §. 3. rebellius in 4. diff. 42. q. 1. §. 5. Cominch-hac 3. part. tom. 2. diff. 2. dub. 2. n. 27. Sylvestri in Summ. verbo,

matrimonium, 8. quest. 7. conclus. 12. cum aliis.

5. Nec obstat incapacitas ex parte ipsorum infideli. Tum, quia in tali casu cognatio non efficit mutua eodem modo ex parte utriusque extremi, sed efficit velut subjective in personis infidelibus, & tantum terminative ex parte infideli. Tum, quia efficit, & evadere mutua pro eo tempore & statu, quo infideles ipsi venirent ad fidem, & baptisimur. Quod est dicere, lege Ecclesiastica impediri fideles ad incundum matrimonium cum parentibus filij baptizatis; & subdendos esse etiam huic impedimento ipso parentes, quando venient ad fidem. Et idem utraque opinio videtur mihi probabilis.

R E S O L . X C V .

An non baptizatus possit esse patrinus in Baptismo, & cognitionem contrahat?

Idem est in Confirmatione.

Et an recipiens postea Fidem, & Baptismum possit valide conjugari cum persona baptizata, aut cum parentibus ejus?

Idem est dicendum in hoc ultimo casu, si persona infidelis baptizari infantem.

Et quid de Catechismo, Haretico, & de alius diversis personis baptizantibus, vel rebaptizantibus, aut suscipientibus baptizatum? Ex part. 10. tract. 16. Milc. 6. Ref. 89.

S. 1. **A**firmativè responderet P. Aversa in 3. D. Sup. hoc Thome, quest. 67. sect. 1. conclus. 5. qui adducit Archidiaconom, Toletum, Paludanum, & intr. 2. Ref. 21. ex do. alios; ita ut recipiens postea Fidem & Baptismum, non possit valide conjugari cum persona ad fin. §. 2. ad fin. 5. baptizata, aut cum parentibus ejus. Et ratio est, versi. Sed in Baptismo, & ex Ref. 21. §. 2. ante media vesti. Ita Baptilmate. Et pro Confirmatione. In hoc calo late in Ref. 2. huius annotat. & in altis eius annotat. p. mæ.

De Sacram. Baptismi. Ref. XCVI.

61

ster in Baptismo filij aliorum pariter infidelium; si postea omnes convertantur, adhuc dici potest inter eos adeste impedimentum, ne ad invicem conjugari valeant.

2. Verum his non obstantibus sententiae docti, & amicissimi viri non adhæreo, sed negativam teneo cum Pontio, Filiiaco, Henriquez, Candido, Ledezma, Navarro, & aliis, quos citat & sequitur Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 7. quæst. 13. & 14. quibus ego addo Concl. in 3. part. 9. 7. artic. 10. Reginaldum tom. 2. lib. 32. num. 157. Sanchez de matrimonio lib. 7. disp. 6. o. num. 7. Rebellum part. 2. lib. 3. quæst. 5. num. 6. Martinum Perez de matrim. disp. 29. seçt. 2. num.... Castrum Palauum tom. 4. tract. 19. part. 1. 1. §. 1. num. 4. Estium in 4. sent. disp. 6. §. 5. Ledezmam de matrimonio quæst. 56. artic. 1. Emanueli Sa verbis matrimonium, ubi de impedimento, dirimunt. num. 5. Valentiam tom. 4. disput. 4. quæst. 2. punct. 3. Palacium in 4. disp. 7. disput. 3. & alios penes ipsos.

3. Probarur hac opinio; nam cognatio spiritualis non est de jure divino naturali, neque de iure naturali positivo, sed tantum de jure Ecclesiastico, unde ejus obligatio eos tantum constringit, qui Ecclesia legibus subjiciuntur; sed infideles legibus Ecclesia minime sunt subjecti ergo cognationem spiritualem contrahere non possunt. Secundum ex cognitione carnali, ad cognitionem spiritualem similitudinem trahere, sicut enim ex vita carnali, cognitione carnalis; ita ex vita spirituali cognitione spirituale exoritur; & quemadmodum non habens vitam carnalem, alteri eam dare non potest; sic non habens vitam spiritualem, eam alteri tribuere nequit. Manifestum est autem, infidelem non habere vitam spiritualem, per quam in gratia Christi vivit; ergo eam dare non potest, & per consequens spirituales non generat ex quo cognitione spiritualis oriri potest. Ergo, &c. Quod si contingat, infidelem aliquando filium fidelis baptizare, eisdem Baptismum ab ipso collatum, esse validum, & ratum minime negamus; sed non per hoc habendus est tanquam Pater spiritualis baptizati: sed tanquam instrumentum necessitatis, quo sancta, & pia mater Ecclesia utitur in calu extrema necessitatibus; quando dignior minister haberri non potest; quod non sine magno pietatis affectu consultuit; ne videlicet infantes filii Christianorum absque Baptismi Sacramento deciderent, ac proinde Regni coelestis habedissent amittent. Tertiò ex cognitione spirituali obligatio exoritur, per quam patrini baptismum instruere tenetur: quemadmodum colligitur ex Concilio Tridentino, sess. 24. conf. 2. de reformat. & ex cap. in Catechismo, & seqq. de consecr. disp. 4. & nos in cap. 1. lib. 3. ver. præcipuum autem munus, sufficienter probavimus. Sed quomodo infidelis poterit baptismatum opportuno tempore de rebus fidei Christianæ instruere, cum hæc ipse penitus ignoret? Dicendum est ergo, quoniam infideli huius cognitionis spiritualis esse omnino incapaces.

4. Et post haec scripta, præter Doctores citatos, hoc inveni, nominatim contra P. Aversam, nostram postulare in sententiam docere etiam P. Lugo de Sacram. lib. 2. cap. 7. nota 52. * Unde ex his colligo prius pro me, Infideles, sive baptizet, sive susceptor sit infidela in Baptismo, aut Confirmatione, nullo modo infra hanc cognitionem contrahere, quia, ut dixi illius & in part. 1. Ref. incapax est. Colligo secundò, Hereticum baptismum prius, vel personam in Baptismo, aut Confirmatione suscipientem, contrahere hanc cognitionem.

Tom. I.

nem; quia charactere Baptismi insignitus est, atque idem capax est cognitionis spiritualis, & legibus Ecclesia subiectur. Colligo tertio, Catechumenum esse incapacem praeditam cognitionis, sicut nec Sacramentorum esse capacem; quia non procedit ab eodem stipite, nempe Christo, per spiritualem regenerationem, mediante visibili Sacramento Baptismi. Colligo quartò, si Christianus una cum infidelis suscipiat puerum, vel alter suscipiat, altero baptizante, non contrahi cognitionem cum infidelis, utpote qui illius expers est: bene tamen cum Christiano; quia utile non vitiatur per inutile, quando commodè separari possunt, reg. utile, de regul. nr. in 6. Colligo quintò, Infidelem baptizantem, vel suscipientem, non contractratur cognitionem ex eo actu tempore infidelitatis, quamvis postea baptizetur dictus infidelis. Ratio est, quia quod à principio nullum fuit, convalescere nequit. Quare ille infidelis postea baptizatus, poterit matrimonia contrahere cum persona a se baptizata, vel suscepta, & cum eius matre; quia cum neutra contrahit cognitionem spirituali, tanquam illius incapax. Colligo ultimò, esse capacem spiritualis cognitionis auctum, qui Baptismum re suscepit, tametsi ob indispositionem suam sanctificantis gratiæ spiritualem vitam non accepere; quia utrum eam accipere, necne, certò Ecclesia constare non posset, constat autem certò, q. od Baptismum re suscepit, scilicet proinde regenerationis à Christo spiritualiter. Et etiam ex dictis colligi potest, cognitionem spiritualem compatriatus non convalescere, nec oriundi cum parentibus illis infidelibus, licet postea illi baptizentur. Quia quod à principio irritum fuit, convalescere nequit, reg. non firmatur, de regulis juris in 6. & reg. quod ab initio, ff. de regul. nr. Deinde potest etiam colligi inter infidelem sic baptizantem, vel suscipientem, & parentes illos infideles, etiam postea baptizentur, posse confitente matrimonium. Quia nulla inter eos spiritualis cognitionis est suborta. Non vero poterit iste fidelis matrimonium imire cum persona a se baptizata, vel suscepta. Quia cum illa vere contrahit cognitionem spirituali. In quo differt ab illo alio casu, in quo baptizans, vel suscipiens est infidelis, iste enim nequit contrahere ullam cognitionem spirituali, cum sit illius incapax, quia est infidelis: at in hoc casu baptizans, vel suscipiens est infidelis.

RESOL. XCVI.

Possintne in Baptismo assumi in Patrinos duo viri, unus ut interveniat nomine proprio, alter Procurator nomine mulieris?

Et supponitur, quod numerus Patrini in Baptismo designatus, & quod summum ex Concilio Tridentino debent esse duo, vir, & femina.

Et an suprauidit Episcopus dispensare possit?

Et an quilibet puer in quacunque aitate, dummodo sit capax rationis ad mortale peccatum committendum, possit obire munus Patrini?

Et notatur, quod, quando quis suscipit aliquem in Baptismo per Procuratorem, neque ipse, neque Procurator contrahant cognitionem spirituali.

Idem est, quando quis mittit Nuncium, aut Procuratorem, ut in nomine suo alium baptizet, aut confirmet.

Era munus Patrini, & impedimentum ex eo proveniens solum in Baptismo solemnem locum habeat, tamen si susceptor in Baptismo privato velleret munus Patrini exercere?

Et cursum docetur, quod baptizans privatim spiritualem cognitionem contrahit cum baptizato ejusque patre, & matre.

Et quid si laicus baptizat in necessitate? Ex p. 10. tr. 16. & Msc. 6. Ref. 30. alias 29.

Sup. hoc, §. 1. Suppono quod de numero susceptorum in quod hic supponitur, earum su- p̄a in Ref. 94. §. 2.

Suppono quod de numero susceptorum in Baptismo erat deciso Higinij Papæ, cap. in Catechismo: & Leonis primi, cap. non plures, de confec. distinct. 4. ne plures quam unus susceptor sit. Idipsum confirmavit Metense Concilium sub Stephano IV. can. 3. dicens; Infanteum nequam duo, vel plures, sed unus à fonte Baptismatis suscipiat, quia in hujusmodi fœta diabolus datur locus, & tanti ministerij reverentia vilescit. Nam unus Deus, unus Baptisma, unus qui à fonte suscipit debet esse pater, vel mater infantis. Postea successu temporis plures adhibiti fuerunt, ut colligitur ex cap. quoniam de cognat. spirituali in 6. Sed Concilium Moguntinum sub Paulo III. & novissime Tridentinum, sess. 24. cap. 2. juxta pristina instituta stauerunt, ut unus tantum five viri, five foemina designetur, & ad summum duo, vir, & foemina, qui baptizatum de baptismo suscipiant. Hoc supposito, ad dubium propositum affirmative respondet Farinacius in decif. part. 4. in declaratione sess. 24. Concilij per hac verba: Procurator non contrahit cognitionem spiritualem sibi, sed mandanti. Hinc est, quod unus qui sit vir, & alter qui sit procurator mulieris baptizatum de Sacro fonte suscipere possunt, sed non duo viri, vel duas mulieres, vnuſq[ue] tamen proprio nomine, vir loco mulieris, vel mulier loco viri. Sie ille. Idem docet Naldus in Summa, verb. Cognatio, num. 6. ubi sic afferit: Cognatio spiritualis contrahitur; quoniam unus vir nomine alterius viri, & alter vir nomine mulieris teneat baptizatum, vel confirmatum, non tamen duo viri nomine suo, vel duas mulieres nomine itidem suo tenere possunt. Sic Naldus.

2. Sed fallitur nostri bonus senex, nam contrarium firmatur in Rituali Romano edito iussu, & approbatione Pauli V. titul. de Patrini. §. penult. Et ita in terminis docet Joannes Prepositus in 3. part. D. Thome, quæst. 68. art. 3. dub. 1. n. 3. & Antonius Fernandez de Moute in exam. Theol. mor. part. 3. articul. 2. §. 9. num. 2. ubi sic ait: Possumne assumi duo viri, ut unus vicem suppleat mulieris? Respond. minime. Notat Tolet. lib. 2. cap. 23. num. 4. Explicit Congregatio Cardinal. num. 490. Sicut ratio. Quoniam Baptismus est generatio quedam spiritualis, & ideo debet conformari generationi naturali; atqui ad generationem naturali requiriut mas, & foemina; ergo ad generationem spirituali, vir & mulier. Neque in hoc Episcopus dispensare potest. Quia non est supra Concilium, oppositum decernens. Ita illi.

3. Notandum est hic obiter contra Abbatem, Ancharanum, Lopez, Possevinum, & alios, quod quilibet puer in quacunque ætate, dummodo sit capax rationis ad peccatum mortale committendum, possit obire munus Patrini. Primo quia nullo iure determinatur ætas ad hujusmodi munus exequendum. Secundò, quia licet puer, usque ad 14. annum nequeat esse pater naturalis, bene tamen potest esse pater spiritualis,

ante dictam ætatem, dummodo habeat usum rationis sufficientem ad exercendam illam susceptionem cum legitima intentione faciendi quod alij Patrini faciunt. Vide Sanchez de Matrimon. lib. 3. disput. 61. num. 3, & 4. Basilium Pontium lib. 3. cap. 37. n. 5. Ochagaviam tract. 3. de matrimon. q. 5. 7. num. 2. & alios.

4. Nota etiam, me olim docuisse tanquam probabile, quod quando quis suscipit aliquem in Baptismo per procuratorem, quod neque ipse, neque procurator contrahunt cognitionem spiritualis; haec sententia visa est cuidam Ministro hujus Curie Romana nimis laxa, sed si est probabilis, nihil officit, quod sit laxa. Et ideo illam, præter Sanchez, Filluciun, Reginaldum, Villalobos, & Vegan, quos, me etiam citato adducit, & sequitur Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 2. disp. 7. q. 22. tenet novissime, me citato, præstantissimus Theologus Societatis Jesu Pater Dicastro de Sacram. tom. 1. tractat. 2. disp. 2. dub. 5. num. 5. Et hanc sententiam latè, & solidè probat etiam Corneio Carmelita Professor inclite Salmanticensis Academie in 3. part. D. Thome, tract. 6. de impediment. matrimon. disput. 7. dub. 16. quest. 1. qui respondet ad omnia argumenta, quia in contrarium adducit novissime Castrus Palauis tom. 4. tractat. 19. punt. 1. §. 2. num. 1. 5. cum seq. Et ratio est, quia iuri quibus hujusmodi cognitio inducitur exigere videntur actionem personali ipsius patrini, ergo non sufficit actio ipsius procuratoris, praesertim, cum ea, quæ odiosa sunt, in impedimenta durimenter induci non debeant, nisi ubi ius est expressum. Confirmatur; quia ad cognitionem naturalem requiritur actio personalis parentum; ergo etiam ad spiritualium; patet consequentia, quia ista duas cognationes, & paternitates parificantur, cap. debitum, de Baptismo. Confirmatur secundò, quia cognitio legalis non acquiritur adoptando per procuratorem, leg. post mortem, licet nec adoptare, ff. de adoptionibus. Ergo nec spiritualis; patet consequentia, quia cognitio spiritualis imitatur naturalem, & legalem. Confirmatur tertio, quia qui mittit nuncium, aut procuratorem; ut nomine suo alium baptizet; vel confirmet; non contrahit cum eo cognitionem spirituali, ut omnes admittunt; ergo nec qui mittit nuncium ut procuratorem, aut nomine suo officium patrini exercet; patet consequentia ex paritate rationis. Nec obstat dicere, quod verè censeatur faciens qui per nuncium, aut epistolam facit, leg. licet, ff. de constituta pecunia, & ex reg. 68. potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum, de regulis iuris in 6. Ergo haec actio patrini potest per nuncium exerceri, & idem dicendum videtur de procuratore, cum ad omnia negotia procurator constitui possit, l. 1. ff. de procurat. Respondetur, nego consequentiam, neque illa leges probant oppositum, quia procedunt in actionibus, quæ solum consensu perfruuntur, & non sunt personalis, ad cognitionem autem spirituali contrahendam actio personalis necessaria est, & haec est ratio propter quam posset etiam contrahiri matrimonium per procuratorem, & non spiritualis cognitio. Ceteris rationes, & responses ad argumenta contraria videbis apud Cornejum ubi supra. His tamen non obstantibus, sententiam adversariorum puto probabilissimam esse, id quod contendit est, nostram sententiam sua non catere probabilitate.

5. Notandum est hic obiter, quod munus Patrini, & impedimentum ex eo proveniens, solum in Baptismo solemnem locum habet, quod verum est, ut

sup. cōcēd.
in hoc & ff.
legg. in Tū
bus Relati-

in prima in ut nota Hurtadus, de matrim. disp. 18. diff. 6. & Difficul-
tis in se-
cunda à me-
diis si veris-
tem, in fi-
nis Noran-
dum & leg.
alij, tametsi susceptor in Baptismo privato vellet
mutus Patrini exercere, quia adhuc non exerce-
bit illud, qualiter ab Ecclesia praescribitur, ad co-
gnationem spirituali contrahendam. Nec obstat
dicere, quod iura statuentia impedimentum cognationis spiritualis, aquæ de Baptismo solemnis, ac
privato loquantur, ut constat ex cap. 1. & fin. de
cognat. spirituali in 6.

6. Etenim baptizatus privatim aquæ indiget in-
struere, ac baptizatus solemniter. Deinde bapti-
zans privatim spiritualem cognitionem contrahit
cum baptizato, ejusque patre, & matre: ergo si-
miller contrahere poterit susceptor in eo Baptis-
mo. Ob has rationes hanc sententiam defendunt
Navarus Summ. capit. 23. num. 40. Aegid. de Co-
ninch. disp. 32. de matrim. n. 59. Basili. Ponce lib. 7.
cap. 40. num. 5. Sed haec non urgent, ut recedamus
à communi sententiâ. Nam effo iura aquæ de ba-
ptizante ac de suscipiente loquantur, quoad im-
pedimentum cognitionis, intelligi debet singula
tingulis tribuendo, de baptizante, quoties fuerit
Baptismus, quia Baptismus solemnis, & privatim
formaliter, & in se ipsis non differunt, sed in ca-
remonis extrinsecis, & accidentibus, ideoque ba-
ptizans, sive baptizet solemniter, sive privatim,
cognitionem spirituali contrahit. At susceptor
solemnis, & privatius formaliter differunt, quia
esse susceptorem habetur ex Ecclesia institutione;
qua de susceptore privato vix unquam contingente
mentionem non fecit, sed solùm de susceptore
solemnis, seu pro baptismô solemniter facto.

7. Sed si aliquis hic inquirat, an Laicus in ne-
cessitate baptizans contrahat cognitionem? Respon-
deo affirmativè, quia verum Sacramentum con-
fert, nec refert, quod ratione necessitatis teneatur
ministrare, quia etiam Parochus tenetur ratione
officii ministrare solemniter, & nihilominus con-
trahat cognitionem, qua futurum matrimonium
impedit.

8. Respondeo negando consequentiam, & ratio-
discriminis est, quod in parente proprium filium,
& uxoris in casu necessitatis baptizante, cognatio
spiritualis, qua usum matrimonij jam contraicti
impedit, habet rationem poena, si quidem pri-
varet illum potestate petendi debitum, ad quod ha-
bet iuris in re ratione matrimonij, ideo speciali jure
in dict. cap. ad limina, excipitur ille casus, & merito,
quia consentaneum est rationi, ut propter ob-
servantiam pœcepti non incurritur poena aliqua,
qualis esset expoliari proprio jure petendi debi-
tum, at vero cognatio spiritualis ante matrimonio
natum contracta, non habet rationem poena, sed
potius pertinet ad quoddam concordia, & unitatis
vinculum inter homines ratione cuius Ecclesia
prohibuit matrimonium inter illos, ut charitas in-
ter alios dilataretur, & ita potest optimè contrahi
hac cognatio, propter exercitum actus pœcepti,
sicut & contrahitur irregularitas à Judece, qui la-
tronem suspendit, quamvis ad id ex officio tenea-
tur, quia hujusmodi irregularitas, non inducitur in
poenam delicti, sed propter alias causas.

Tom. I.

RESOL. XCVII.

An in privato Baptismo tempore necessitatis, sit ad-
hibendus Patrinus, & an contrahat cognitionem
spiritualis?

Et quid, si quis teneat talēm infantem in dicto casu
ex proposto, ut Patrini munus obeat, an contra-
hat cognitionem spiritualis?

Et an improbanda sit consuetudo, secundum quam
quibusdam in locis Catholicis Patrini existunt si-
litis Hetericorum, baptizante illos Ministro hereticis
in forma Sanctæ Trinitatis? Ex part. 3.
tract. 4. Ref. 18.

§. 1. **Q**uoad primum affirmativè respondent ^{Sup. hoc in}
^{principio §. 1.}
Melchior Zambranus de cas. occur. tem-
pore mortis, cap. 1. de Sacram. Baptism. dub.
18. num. 17. quia esse patrimum non pertinet tan-
tum ad solemnitatem, sed requiritur, ut sit, qui
instruat baptizatum, & qui adjuvet ad ejus spi-
ritualis regenerationem; deinde vix fieri pos-
test Baptismus privatus, saltim in pueris, nisi sit
qui illum teneat, quando abluitur, in Baptismo.
